

www.e-rara.ch

Strabonis ... Rerum geographicarum commentarii libri septemdecem

Strabo

Basileae, 1571

Eisenbibliothek Schlatt

Shelf Mark: EM/Rb 742

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-61125>

[Liber primus.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

STRABONIS GEO-

graphicarum rerum li-

ber primus.



TERRAE descriptionem, quam in praesentia institimus, philosopho non minus ulla alia re quam is suae tractationis esse ducit considerandam censemus. quod nos haud abs re sentire, multis argumentis liquet. Qui enim primi geographiam attingere ausi sunt, philosophi ij fuere: Homerum dico, Anaximandrum Milesium, eiusque ciuem Hecataeum (ut Eratosthenes etiam ait) item Democritum, Eudoxum, Dicæarchum, Ephorum, aliosque complures: nec non ipsi aetate posteriores Eratosthenem, Polybium, Posidoniumque, homines & ipsos philosophos. Iam multarum rerum cognitio, qua sola hoc opus confici potest, non est nisi eius qui diuinas humanasque res contemplatur, quarum rerum scientia philosophiam definiunt. Tum utilitas quoque multiplex, quae partim ad negotia civilia actionesque principum uirorum conducit, partim ad cognitionem coelestium, terrestrium, maritimorumque animantium, stirpium, frugum, atque aliarum rerum quae singulis uisuntur locis, uirum designat eum, cui uitae ars & beatitas cura sit. Verum singula haec denuo orsi accuratius perpedamus: ac primo loco id, recte & a nobis, & a maioribus nostris, quos inter est etiam Hipparchus, existimatum fuisse, primum geographicae peritiae autorem esse Homerum: qui non modo poetica uirtute omnes & priores & posteriores superauit, sed ferè etiam uitae civilis experientia: qua is adiutus, non in hoc modo operam dedit, ut actiones plurimas cognosceret, easque ad posteritatem transmitteret, sed & in locorum cum quae singularum sunt regionum, tum totius quatenus incolitur terrarum orbis marisque, explorationem ac descriptionem idem impendit industriæ: absque enim hoc fuisset, nunquam ille in orbem rediens commemorando terrae situm, ad extremos usque eius fines pertigisset. Enimuerò primò omnium terram, ita ut res habet, undiquaque Oceano cinctam allui pronunciauit. Deinde regionum alias nominatim, alias certis quibusdam notis per ambages indicauit: Libyam, Aethiopiam, Sidonios, & Erembos (quos Troglodytas Arabes recte dixeris) aperte, qui uero ad ortum & occasum Solis habitant, in uoluto sermone notat, allui eos Oceano innuens. nam solem ex Oceano oriri, & in eundem occidere ait, itemque stellas.

Geographiam, pertinere ad philosophum.

Homerum fuisse Geographiae principem.

Odyss. A. 83.

Iliad. n. 421.

Iliad. l. 485.

Iamque recens terras tangebat lumine Titan
Oceani liquidis placidi subuectus ab undis.
Fulgida Latoidae simul incidit Oceano lux
Attraxitque nigram noctem. —

&

Altra quoque dicit lauari Oceano. Ceterum eorum qui ad Occidentem incolunt foelicitatem etiam, bonamque aeris temperiem demonstrauit: quae (ut apparet); inaudiuerat de Hispanica nauigatione, quod & Hercules expeditionem fecit, & postea temporis Phoenices, (qui & amplissimo sunt potiti imperio.) ac tandem Romani. ibi enim spirat Fauonius, atque eo poeta collocat Elysium capum, in quem a dijs missum iri Menelaum fingit.

Odyss. A. 563.

Sed te, quae terrae postremus terminus extat,
Elysium ad campum coelestia numina mittent,
Quem Radamanthus habet, quae uita facillima longè
Ducitur. haud campos Iupiter niue conspuat illos,
Miscetur gelidis neque tempestatibus aer,
Nulli imbres: tantum spirat leuis aura Fauonii
Missaque ab Oceano nimios demitigat aestus.

Etenim Fortunatae insulae ante Maurusiam sitae sunt, quae eius extrema uersus occidentem extant: eodemque Hispaniae etiam occidui fines pertinent. Ex nomine autem constat eas quoque

a fortu-

fortunatas, ideo creditas, quod istis essent locis uicing. Porro Aethiopes ultimos ad Oceanum esse docet. ultimos, hoc carmine.

Odys. 4. 23.

Extremos hominum Aethiops, geminisque diremtos Partibus — (ubi ne id quidem ociosum est, quod eos bifariam diuisos scribit, sicut infra demonstrabitur) ad Oceanum habitare, his.

Iliad. 2. 4. 23.

Namque hesternus ad Oceanum est, iustosque profectus Iuppiter Aethiops, quorum conuiuia uisit.

Extremam quoque terrae uersus Septentriones oram Oceano adiacere, uerborum ambage significauit, de urfa scribens

Iliad. 2. 489.

Exclusa Oceani prorsum est sola ista lauacris.

4
Homeri locus
exponitur.

Nomine enim urse & plaustrum, 4 arcticum, hoc est, Septentrionalem circulum notat. neque enim cum tot sidera eodem in loco semper conspicuo reuoluantur, istam solam nunquam Oceano lauari dixisset. Quapropter non iam imperitiæ culpari debet, ut qui loco duarum urfarum, unicam habuerit cognitam: cum probabile non sit alterius quoque sidus iam tum quoque nuncupatum fuisse: sed appareat ab eo tempore quo id à Phœnicibus obseruatum & ad dirigendas navigationes usurpatum fuit, eius sideris institutum etiā ad Græcos fuisse propagatum: quo modo etiam crinis Berenices, & Canopus ab his recepta sunt, quibus nuper admodum sunt facta nomina, nec non alia multæ stellæ, quæ adhuc carent nominibus, quod & Aratus fatetur. Ergo ne Crates quidem recte scripsit,

Oceani prorsum solus caret iste lauacris: fugiēs id, quod fugiendū nō erat. Melior Heracleus ac Homero cōuenientior, qui itidē per ursam, arcticū circulū intelligit. Terminus. n. (inquit) aurore & uesperæ est urfa, & eregionē ursæ, aura est sereni Iouis. nimirū uerō non urfa, sed arcticus circulus, limes est ortus atque occasus: ergo ursæ nomine, quæ & plaustrū uocat, & ab ea obseruari Orionē dicit, arcticū intelligit circulū: oceani, horizontē seu finitorē, in quē occasus & ē quo ortus fiant. Quod autē eodē in loco circūuerti, & expertē Oceani esse ait, norat arcticū circulū describi ad id horizontis punctum quod ad septentrionē omnium maximè accedit. His iā poëtæ uerba, uti cōsentaneū est, accommodantes, Horizontis loco debemus sumere id quod in terra Oceano respondet, arcticū autē circulū, quæ terrā attingat uel sensus testimonio ea habitationis parte, quæ proximè septentrionē est: itaque ea pars terræ, si Homericō more loquaris, oceano alluet. Preterea maximè agnouit homines septentrionales: quos nominatim quidem non appellat, (cum ne hodie quidem commune ijs uniuersis nomen sit impositum.) sed uitæ degendæ ratione eos describit, incertis eos sedibus uagari dicens, & splendidos equarum mulctores, lacte uescentes, inopesque uocans. Alias quoque

Septentrionales
populi.

Iliad. 8. 200.

Oceano terram in orbem ambiri innuit, ita fante lunone

Namque ab eo fines terræ inspectura feracis,

Oceanumque Deū primordia. —

omnibus finibus eius Oceanum esse adiunctum dicens: extrema autem fines circulo eam ambiunt. Et in armorum fabricatione in ora clypei Achillis rotundi Oceanus circumponitur. Ad eandem solertiam pertinet, quod affluxus & refluxus Oceani non ignorauit, &

Iliad. 2. 606.
Aelius maris.

Oceano refluētis appellationem tribuens, & ibi,

Odys. 4. 205.

Terque die allidit fluctus, totiesque resorbet.

quod enim non ter, sed bis æstus maris quotidie accidit, in eo aut aberrauit à uero narratio, aut in scriptura mendū est: certè æstum maris uoluit significare poëta. Quin & id, quod Oceanum leniter fluentem appellat, affluxum æstus marini exprimit, leniter accedentem, & non omnino impetuosum. Posidonius uehementiorem affluxum augescentis maris eo etiam innuisse Homerum putat, quod scopulos memorauit modo occultatos, modo detectos, & quod fluuij nomine Oceanum affecit. quorum prius rectum est, posterius nihil habet rationis. nam neque incremento maris aqua ita accedit, ut cursui fluminis ea accessio sit similis: & recessio adhuc etiam magis ei dissimilis est. Cratetis expositio quippiam habet probabilius. Nam & toti Oceano uocabula profunde ac retrò fluentis, atque fluuij attribuit Homerus: & partem quandam Oceani fluuium, fluminisque fluxum appellat, non de toto, sed parte Oceani loquens his uerbis.

Oceanus fluuius

Odys. 4. 1110.

Nauis, ut Oceani primum est egressa fluenta,

Atque

Atq; maris vasti tumidas detinet in undas.

significans non totum Oceanum; sed decursum fluminis in Oceano, qui fluxus pars est Oceani. Hunc Crates ait refusam quandā paludem ac sinum esse, qui ab hyberno tropico usq; ad polū meridiālem pertineat. hunc sanē egressus aliquis, adhuc possit esse in Oceano. ut autē è toto egressus aliquis adhuc sit in toto, fieri nullo pacto potest. Homerus autē dicit, — fluuij est egressa fluentum, & — maris deuenit in undas. quod mare non est nisi Oceanus. nam si aliter interpreteris, hoc conficietur, ut Oceano egressus Oceanum dicatur intrasse. Sed hæc prolixioris sunt disputationis. Caterum terram, quæ habitatur, esse *Terram Oceano ambiri,* insulam, primò omnium sensu & experientia docemur. Vbiq; enim unquam cessum fuit hominib. ad fines usq; terræ progredi, mare inuenitur, quod Oceanum nominamus. & ubi sensu hoc deprehendere nō licuit, ratio idem demonstrat. Latus enim orientale, quod est apud Indos, & occidentū q; est iuxta Hispanos & Maurusios, undiquaq; circūnauigatū, & magna pars cū meridionalis, tum septentrionalis lateris reliquum, quod idē nauigatum nondum est, quia nulli inuicem occurrerunt qui e contrarijs partibus profecti eā circumuecti nauibus fuissent, non est multum: quod intelligitur si quis utrimq; inter se conferat interualla eorum locorum ad quæ nobis peruenire licet. atqui consentaneū non est, pelagus Atlanticum esse bimare, & qd adeo angustis dirimatur isthmis, qui obstant, ne circumnauigare frustra aggressi sunt, ij non dicunt se ne in alteram partem penetrarent impeditos fuisse obiectū alicuius terræ continentis, sed nauigabili haud secius mari se obpuriā rerum & solitudinē retrò auersos. Iam qui Oceano accidunt affluxus atq; refluxus, ijs hæc sententia nostra melius cōgruit. ubiq; enim modus mutationum, incrementi, decrementi q; idem est, aut non multū uarians: qua si motu isto ab uno mari, unaq; causa pfectio. Neq; fidem meretur Hipparchus, eo hanc impugnans sententiam, quod neq; ubiq; eadem Oceano accidant, neq; ut hoc detur, inde efficiatur Atlanticum mare in se refluere atq; in orbem redire. prius testimonio Seleuci Babylonij confirmat. Nos uerò maiore partem quæstionis de Oceano & estu ad Posidonium atq; Athenodorum reijcimus, qui de his ab undē disputauerunt. in præsentia id modo dicimus, sententiam nostram melius congruere & ad accidētiū similitudinem tuendam, & quod coelestia melius contineri possint exhalationibus marinis, si humor copiosior circumfundatur. Enimvero sicut extrema & in orbem terræ circumdata nouit Homerus atq; pspicue indicat, ita mare quoque internum. *Mare mediterraneum.* Id, si a columnis sumas initium, continent Africa, Aegyptus, & Phœnice: deinde terræ quæ Cyprum circumdat, tum Solymi, Lycij, Cares, postea litus quod est inter Mycalen & Troaden, insulaq; ante id sita, quarum omnium mentionem facit: sicut & eorum quæ sunt circa Propontidem, & Euxinum usque ad Colchidem & quā Iason expeditionem fecit. Cimmericum etiam Bosporum nouit, ac Cimmericos ipsos, non nomen modo eorum, qui ipsius ætate aut paulo ante a Bosporo incursionem in omnes ad Ioniam usque regiones fecerunt. Inclinationem quoque regionis quam incolebant Cimmerici per ambages significat, caliginosam scilicet: cum ita scribit. *Odys. l. 15.*

Hos aër nebulæq; regunt: neque splendidus unquam

Illustrat radijs illos & lumine Titan,

Sed tristes noctis sese extendere tenebræ

Desuper. —

Istrum quoque notat, mentionem faciens Mysorum, quæ est gens Thracica Istrum incolens. Oram quoque maritimam quæ subsequitur, Thraciā nimirum ad Peneum usq; memorat, Præonas nominans, & Athon, & Axium, & ante hæc sitas insulas. Sequitur ora Græciæ maritima usque ad Thesprotos, quam uniuersam commemorat. Extrema etiam Italiæ cognita habet, Temesam nominans & Siculos. itemq; Hispaniæ fines, & eorum felicitatem, ut recens docuimus. Quod autem quædam interualla apparent in medio, id uenia dignum est. cum is etiam, qui describendam sibi terram ex professo sumit, multa minuta prætermittat. Ignoscendum quoque est, quod ijs quæ historicè & ad docendum accommodate narrat, fabulosa quædam attexit. neq; culpandum hoc. Non enim uerum est quod Eratosthenes dicit, nullū poëtā docendo, omnes delectando gratiā captare, contra-

Fabula poetarū

rium enim prudentissimi eorum qui de poetica aliquid locuti sunt pronunciarunt, quippe eam esse primam quandam philosophiam. Sed alio loco plura contra Eratosthenem disseremus, ubi & rursus de poeta nobis sermo erit. Nunc hac dixisse sufficiat, ut doceremus Homerum Geographiae esse principem. Illustres sunt etiam qui eum secuti sunt viri magni nominis & philosophiae familiares. Quorum duos post Homerum primos Eratosthenes ait fuisse Anaximadrum & Thaletis discipulum atque ciuem, & Hecateum Milesum. quorum ille primus Geographicam ediderit tabulam, hic scriptum reliquerit, cuius ipsum esse autorem ex ceteris eius scriptis probetur. Iam id multi dixerunt, ad has res multiplici opus esse rerum cognitione. Praclare etiam Hipparchus in his quae aduersus Eratosthenem scripsit docet, cum Geographica historia omnem tam illiteratum, quam disciplinae deditum deceat, eam tamen absque observatione rerum coelestium, & defectuum Solis ac Lunae parari nullo modo posse. Verbi gratia, Alexandria quae in Aegypto est ad septentriones ne an ad austrum magis Babylone inclinet, & ad quantum spacium, deprehendi non potest sine consideratione rationis climatium. Similiter quae uersus orientem aut occidentem magis miausue sint sita, exacte sciri sine comparationibus Solis & Lunae eclipticis nequit. Atque ibidem in hac disserit sententiam. Quicumque locorum proprietates aggreditur explicare, proprie eorum accomodat expositionem coelestium rerum, Geometricarum delineationum magnitudinum, & interuallorum ac inclinationum, calorum, frigorum, denique constitutionis ac naturae aeris. quando & domum aedificaturus faber hac ante prospiciat, & urbem condens architectus: nedum totum terrarum orbem animo concipiens uir. nam multo magis huic ea conueniunt. Nam in exiguis spatiis non magnam parit diuersitatem uersus septentrionem aut meridiem inclinatio. in uniuerso terrae habitabilis circulo, uersus septentrionem sunt usque ad extrema Scythiae uel Celticae, uersus meridiem inclinant usque ad ultimos Aethiopes. in hoc permultum est discriminis. itemque plurimum inter est apud Indos ne habitetur, an apud Hispanos: quorum alteros maxime orientales, maxime occidentales alteros, & ac quodammodo hos illorum antipodas esse scimus. Quae huius sunt generis omnia, cum solis astorumque reliquorum conuersionem, nec non motum uersus centrum principij loco habent, suspicere nos ad coelum iubent, & ad ea quae in coelo unicuique nostrum apparent: in quibus sane magna admodum pro diuersitate habitationum conspiciuntur discrimina. Quis ergo differentias locorum recte & sufficienter docere atque explicare possit, horum omnium ne parumper quidem habita ratione? etenim si institutum hoc, utpote ciuilius, non fert horum omnium exactam indagacionem, certe tantam conuenit adhibere, quam tam ciuilis homo potest consequi. Porro qui animum suum iam eo usque extulit, is nequaquam ab uniuersae terrae descriptione se abstinabit. Ridiculum enim uidetur qui ausus sit coelestia attingere istae in docendo uti, eum nihil curare tota terra, cuius pars ea est quam homines incolunt, quanta qualisue sit, quoque loco uniuersi sita: itemque unica tantum sui parte, quae nobis obtigit, an pluribus locis ea inhabitetur, & quot ea sint: rursumque, id quod homines non incolunt quale ac quantum sit, & quam obrem desertum. Proinde apparet, geographicum hoc genus cum sublimium rerum tractatione & Geometrica exercitatione compositum esse, terrestria coelestibus ita adiungens, atque si uicinissima inter se essent, neque tanto distarent interuallo,

A terra quantum sublimis distat olympus.

Historia rerum
terra marisque
naturae.
Utilitas Geographiae.

Agedum huic tot rerum cognitioni historiam terrestrem adiciamus, ut animalium, plantarum, & aliorum quae terra marisque siue utilia siue inutilia nascuntur. ita enim euidentius fore puto quod dixi. Magno autem usui fore hanc historiam quicumque eam sibi parauerit, id cum ex antiquitatis memoria liquet, tum ratione constat. Etenim poetae prudentissimos heroum pronunciant eos, qui multis peregrinationibus usi sunt, & uaria loca peruagati, pro magno quippe ducunt

Uirg. princip.

Multorum uidisse hominum cum moribus urbes.

Iliad. 2. 270.

Et Nestor gloriatur, de eo, quod cum Lapithis consueuerit, ueneritque ad eos

Longinqua est tellure procul, poscentibus ipsis.

Itemque Menelaus,

Odyss. 4. 83.

Cyprum, Phoenicemque, per Aegyptumque uagatus

Aethio.

Aethiopes adi, tum Sidonios & Erembos
Et Libyen, ubi cornutos conspeximus agnos.
& addit naturam regionis

Hic ter oues unum fœtu solvuntur in annum.

Item de Thebis Aegypti

9 Illic terra suos fundit largissima fructus. Et,
Centum urbem claudunt portę, per quanq̃ ducenti
Arma uiri currusq̃ agitant. —

9
Iliad. 17. 383.

Hæc omnia animum ad consequendum prudentiam magnopere præparant, dum is natura locorum, animalium ac plantarum cognoscenda formatur: quibus addēda sunt marina. Viuimus enim ferē duobus in elementis, neque terrestres magis sumus quā marini. ac probabile est, Herculem ob multiplicem experientiam atq̃ historiam appellatum esse

Magnorum inspectorem operum. —

Odyss. 4. 26.

Quæ initio diximus, ijs & memoria uetustatis, & ratio fert testimonium. Magnū autē præ reliquis momentum adferre ad ea q̃ nūc disputamus uidetur ea ratio, quod Geographiæ maxima pars ad ciuiles pertinet usus. Quippe locus actionū est terra ac mare quę incolimus, paruorum paruus, magnarū magnus, maximus autē uniuersus habitata terre ambitus, ac proinde locus maximarum actionum. Imperatorum porrō maximi sunt, qui possunt terra mariq̃ imperare, gentibus ac urbibus unam sub potestatem administratio nemq̃ue ciuilem redactis. Vnde liquet Geographicam ad omnes principum actiones adhiberi, cum ea distinguat contingentes ac maria siue mediterranea siue orbem terrarum foris ambientia, tum eorum explicet discrimina, cum alia alijs secus sint affecta, quædam nota, quædam ignota. Singula enim rectius administrauerit cui loci quantitas situsq̃ue, & quid cum ijs quibus ambitur tū quæ in se ipso continet ab alijs discrepet. Iam cum aliq̃ alibi obtineant dominationem, 10 diuersisq̃ue ē patrijs atque imperijs res gerere aggreffi fines suæ ditionis proferant, fieri non potest ut omnium uel ab ipsis uel a geographicis noticia pari modo exponatur: uerum apud utrosque crebrō alia alijs magis minus uisuntur descripta. Vix enim omnia æqualiter nota esse possent, uniuerso terrarum orbe unum sub imperium & gubernationem redacto. ac ne uix quidem, sed propinquiora semper essent notiora. Et quidem hæc ut sint nota, pluribus declaranda sunt, cum etiam usui sint propinquiora. Quare mirum non est, si alius certæ regionis descriptor Indis conueniat, alius Aethiopibus, alius Græcis, aut Romanis. Quid enim attineat Geographum apud Indos quī sit, etiam Boeotiam ita describere, ut fecit Homerus,

Geographiā sci
entiæ ciuili com
modare.

Quiq̃ colunt Hyriam, saxosumq̃ Aulidis agrōs,
Schoenumq̃, & Scolum. — nobis uerō conuenit, hoc nō item quæ apud Indos sunt, neque alia etiam quæ singulorum sunt locorum. neq̃ enim eō nos deducit ratio utilitatis, quæ maximē huic solertiæ modum præscribit. Atq̃ hoc etiam in exiguis rebus manifestum est, ut in uenationibus. nam commodius uenabitur is, cui syluæ qualitas ac quantitas fuerit nota, & ad castrorum insidiarum uel locationem, aut ad iter faciendum loci peritiā requiritur. Sed in maioribus, hoc tantō est euidentius, quanto & maiora peritiæ præmia, & grauiora imperitiæ damna sunt proposita. Nam Agamemnonis quidem classis Mysiam ueluti Troadem populans, turpiter retro cursum auertit. & Persæ atque Afri traiectus freti putātes esse angustos, tantū non in magna pericula deuenere: ut suæ quidē stulticiæ monumenta reliquerunt Persæ sepulcrum Salganeī apud Euripum Chalcidicum ab ipsis occisi, quod malē eos à Malea ad Euripum duxisset: nec non Afri tumulum Pelori, eandem ob causam interfecti. & bello Xerxico plena naufragiorum tabulis fuit Græcia. Aeolum quoq̃ & Ionum colonia huiusmodi clades multas tulit. Contra res aliquoties præclare sunt gesta peritiā locorum. quemadmodum Ephialtes fertur in angustijs quæ sunt apud Thermopylas Persis demonstrando per montes calle Leonidam cum socijs in manus tradidisse, barbarosq̃ intra pylas adduxisse. Et omīssis antiquis, existimo proximā Romanorū in Parthos expeditionē huic proposito demonstrando sufficere, tū in Germanos & Celtas, cū barbari in paludib. & nemorib. inuijs ac solitudinib. de-

Iliad. 8. 496.

Confert geogra-
phiam Ethicā,

gentes locorum natura setuerentur efficerentque ut locorum ignaris procul remota uide-
rentur quæ erant propinqua, itineraque occultarent, & alimentorum ac rerum aliarum co-
piam præciderent. Ergo, ut docuimus, Geographiæ maior pars ad uitam & usum princi-
pum uirorum refertur. Porro autem circa hæc eadem maior pars philosophiæ moralis ac ci-
uilis uersatur. Indicio est hoc, quod rerum publicarum formas à principatibus secernimus,
aliam principatum statuentes monarchiam, quæ & regnum dicitur, aliam optimorum, ali-
am populi potestatem. totidemque reipub. genera iudicamus, iisdemque ea nominibus
afficimus, quod ab ijs habent principium suæ informationis. alia enim lex est mandatum
regis, alia optimatum, alia populi. at lex reipublicæ descriptio est atque forma: ideoque
ius quidam definierunt potentioris esse commodum. Si ergo philosophia ciuili plerum-
que circa principes uersatur, Geographia autem etiam conducit ad eorum utilitates: hoc
ipso hæc aliquam præcipuam commoditatem obtinet: uerum ad actiones ea comoditas re-
fertur. Sed & contemplationem habet hæc tractatio minime ineptā, partim artificiosam
& mathematicam, partim in historia & fabulis sitam, & ad agendum nihil cōferentem. ut
si quis Vlisis, Menelai, aut Iasonis errores recenseat, nihil is uidebitur ad prudentiam pa-
randam adferre adiumenti, quam in actione uersans requirit, nisi sicubi eorum quæ ij per-
ferre coacti sunt utilia exēpla admisceat. non illiberalem tamen delectationem præbet ei,
qui animaduertit loca quæ fabulis occasionem præbent, atque hoc requirunt, quorum
actiones ad gloriam ac uoluptatem spectant. Nō aut sit plerumque, ideo quod utilitas, ut par-
est, magis quærit: itaque Geographus etiā utilia magis succundis consecrari debet. quod idem
de historia iudicandum est & mathematicis: nā & in his semper quod utilius ac fide digni-
us est, præcipue captari debet. Maximè aut uidet, id quod antè etiā monuimus, Geome-
tria atque Astronomia indigere hoc institutū: ac planè ita res habet. figuræ quippe, inclina-
tiones, ac magnitudines aliaque his affinia sine ista methodo haberi nullo modo possunt. Sed
uelut totius terræ dimensio alibi demonstratur, ita hic pro certis ponuntur atque ha-
bentur, quæ alibi sunt ostensa. Sumitur hoc quoque, mundum esse globum, itemque globo-
sam terræ superficiem: itemque ante hæc, ferri corpora ad medium, quod unum sensu co-
gnoscitur, aut è communibus animi notionibus in promptu est. Si ergo annotauerimus
in summa paucula quædam, ut terrā esse globi forma præditam, è longinquo nos ea de re
monet rerum ad centrum seu medium mundi latio: item quod quoduis corpus suo motu
eò uergit atque inclinatur. Sed ex ijs quæ in cœlo aut mari obseruant, è propinquo duci po-
test argumentum, cum & sensus testimonium ferre queat, & noticia communis. Etenim
nauigantibus curuitas maris perspicue occurrit, ita ut uisu non attingant lumina ab ipsis
longius remota, quamuis eadem cum oculis ipsorum altitudine emineant, altius autem ui-
su elata, conspici possunt, cum tamen hoc modo longius ab oculis remoueantur. Quo pa-
cto etiam oculi in altum sublatis ea cernunt, quæ prius latebant. quod etiam Poeta decla-
rauit: huc enim pertinet illud,

Odys. 393.

Elatus fluctu à magno prospexit acutè.

Humiliora etiam naui ad litus accedentibus magis subinde magisque deteguntur, & quæ
in initio depressa uidebantur, magis iam paulatim attolluntur. Iam cœli reuolutio cum aliis,
tum ex umbræ rationibus est euident. atque ex his statim intellectus hoc depræhendit, con-
uersionem cœli fieri non posse, si terra radices suas in infinitum extenderet. & quæ de clima-
tibus disserunt, ea ratione diuersarum habitationum demonstrantur. Nunc autem ex ijs
quæ in promptu habentur accipienda quædam sunt, ea scilicet quæ ciuili ac exercitus ducto-
ri profunt. Neque enim usque adeo ignarum esse decet rerum cœlestium & situs terræ, ut cum
in loca peruenerit, in quibus aliquid eorum quæ in cœlo apparere solent, ab usitato mo-
do discrepet, tum animo perturbetur & in hanc sententiam loquatur.

Quantum ciui-
li homini discen-
dum.

Odys. 11. 191.

O socij, neque enim noctis quo cardine surgat
Caligo, uel quā roseis aurora quadrigis
Vestigia diem referat, præceptis ubi lampada condat
Titan, quā curru terram superetue supino,

Nouimus. — Neque rursus ita accurate omnia scrutari, ut quæ ubicunque locorum simul
exoriuntur, simul occidunt, simul ad medium cœli appellant, quæ polorum exaltationes,
quæ

quæ supra uerticem ferantur puncta, & quæ alia id genus mutatione horizontum iuxta
 atq; arcticorum circulorum diuersa eueniunt omnia, uisualia percepta, alia pro ipsius rei
 natura cognita habeat: sed hæc partim prorsus ei sunt negligenda, nisi philosophicæ con-
 templationis causa attingat, partim credenda philosophis, etiam si causam ipse non perspi-
 ciat. nam causas scire philosophi solius est, ciuili homini tantum non est ocn, aut certe non
 semper. Interim qui hoc opus leget, eum non eò usque rudem aut inertem esse oportet, ut
 neq; sphæram inspiciat unquã, neq; circulos in ea descriptos, quorum alijs æquis inter se
 perpetuò interuallis ambiunt, alijs in hos ad angulos rectos incidunt, alijs per obliquum du-
 cuntur: neq; norit eorum situm, quibus statio & in alteram mundi partem auersio solis de-
 finitur, aut dies nocti æquatur, neq; signiferum, per quem Sol decurrit, suisq; conuersioni-
 bus discrimina, climatum & uentorum efficit. Qui enim hæc, & q̃ de horizontibus arcti-
 cis, alijsq; rebus in prima mathematicum institutione traduntur qui non recte intelligit, quo
 modo is assequatur ea quæ hic disputantur: & qui rectam, circumductam uel lineam, qui cir-
 culum ignorat, & globosam superficiem, aut planiciem, & qui in ipso cœlo neq; septem
 stellas urse maioris cognitatas habet, neq; harum rerum quicquã, is aut prorsus est ab hac tra-
 ctatione alienus, aut in præsentia saltem: priusq; ea discere debet, sine quib. ad geographi-
 am nō est aptus. Omnino aut hunc commentarium communem oportet esse, & ciuilibus
 hominibus commodum, & in publicum utilem, quemadmodum & scriptionem historiarum.
 Nam & hic ciuilem uocamus, nō qui prorsum sit ineruditus, sed qui disciplina circulari &
 liberalib. ac philosophantibus usitata sit institutus: nam qui nullum uirtuti ac prudentiæ,
 acijs quibus ista explicantur rationibus studium impendit, is neq; uituperare quicquã re-
 ctè neq; laudare, neq; iudicare potest quæ nam facta sint digna memoria. Sic ij qui portus
 & circumnauigationes quas uocant describere, imperfectam tractationem reliquerunt,
 non adiunctis quæ e mathematicis ac cœlestium orbium doctrina erant annectenda. Quã-
 obrem nos, postquam historicos composuimus commentarios, utiles (ut quidem arbi-
 tramur) ad moralem ac ciuilem philosophiã, hoc quoq; opus addere statuimus: est enim
 eiusdem formæ, & ad eosdem pertinet uiros, maxime qui in aliquo sunt fastigio collocati.
 Tum quo modo ibi ea sola commemorantur, quæ sunt illustrium uirorum ac uitarum, exi-
 guis ac inglorijs omisissis: eodem hic parua & obscura præterire intēdimus, in claris autem
 & magnis, & in quibus ad actiones faciens aliquid, memorabile, aut oblectationi aptum
 inest, immorari. Ac quemadmodum institutarum ingentium operibus, non in singulis par-
 ticularibus exacta quæritur subtilitas, sed id magis perpendimus totumne opus recte sit con-
 fectum: ita hic quoq; iudicium est faciendum. Est enim hoc quoq; opus ueluti colossi cu-
 iusdam structura, in quo magna describuntur, reliquis, nisi exile quippiam occurrat, quod
 ipsum afficere scientiæ cupidum rebusq; agendis deditum possit, præteritis. Atq; hæc qui-
 dem disputata sint à nobis, ut constet institutum à nobis opus præclarū esse & philosopho
 conueniens. Quod autem post multos, qui his de rebus ante nos dixerūt, aggredimur hæc
 enarrare, ob id reprehendendi tum demum essemus, si prorsus eodem omnia modo disse-
 reremus. Cæterum cum alijs alias partes bene tractauerint, censemus magnam tamen ad
 huc operis partem restare: ut satis iusta conatus nostri uideatur fuisse occasio, si prioribus
 uel exiguum aliquid adijciamus. Etenim ijs qui hodie uiuunt, multum noticiæ attulit Ro-
 manorum & Parthorum imperium. sicut & Alexādrī expeditione multa innotuerunt, ut
 ait Eratosthenes. is enim magnam Asiæ partem nobis aperuit, & Europe regiones se-
 ptentrionales ad Istrum usque omnes. Romani autem occidua Europæ omnia usque ad
 Albim fluuium qui Germaniã in duas partes diuidit, & quæ trans Istrum sunt usq; ad Ty-
 ram fluuium. Vltiora autem usq; ad Mæotidem lacum & oram maritimam quæ ad Col-
 chos finitur, Mithridates cognomento Eupator nota reddidit, & duces eius. Parthi Hyrcā-
 niam, Bactrianam & Scythas ultra eam incolentes notiores nobis redegerunt, cum prio-
 rib. minus essent noti. Habemus ergo quod scribamus præter ea quæ nobis ætate priores
 litteris mandauerunt. Idq; præsertim conspicuum est in ijs quæ contra illos disputamus,
 minus quidē sæpè contra antiquos, præcipuè aut contra Eratosthenem & eos qui post hūc
 scripserūt: quos par est tanto difficilius redargui à posteriorib. posse sicubi peccauerunt,
 quanto maiore quàm uulgus hominū doctrina fuerunt ac cognitione rerū præditi. Quod

Qualem lecto-
rem requirat.

Cur & quārā-
tione scripserit.

Geographiæ in-
crementa.

si aliquando cogemur ijs ipsis contradicere, quos maximè alioqui sequimur, ignoscendum erit nobis. neque enim statuimus contra omnes dicere: sed plerosque millos facere, ut qui digni non sint quos sequare: de ijs solis iudicium facere, quos plerique nouimus rectè scripsisse. nam ne philosophari quidem aduersus omnes conuenit: contra Eratosthenem autè, Posidonium, Hipparchum, & Polybium aliosque horum similes decet. Primo omnium excutiemus Eratosthenem, simul ea proponentes quæ ab Hipparcho contra ipsum dicuntur. Non est autem Eratosthenes adeò contemptu facilis, ut dicere liceat eum ne Athenas quidem uidisse, quod Polemo conatur ostendere: neque rursus tantum fidei meretur, quantum ei nonnulli deferunt, quanquam, ut ipse ait, plurimos bonos uiros audierit. Fuerunt enim, inquit Eratosthenes, eo tempore ut nunquam aliàs una in urbe intraque eadem mœnia Aristo, Arcesilaus, & qui cum his alij florere philosophi. Atqui hoc, ut arbitror, non satis est: sed rectè iudicandum est cui nam sit assentiendum. Is uerò Aristonem & Arcesilaum principes eorum qui ipsius floruerint ætate facit, multusque est in Apelle prædicatio, & Bione, quem dicit primum diuinam quandam induisse sapientiam. Atqui sepe subeat mihi de eo dicere.

Eratosthenis reprehensio.

14 Quid tandem Bío de pannofo promet amictu?

Nam his ipsis in enunciatis satis magnam mentis imbecillitatem prodit. qui cum Athenis Citiensem Zenonem nouisset, nullam tamen eorum facit mentionem qui illi successerunt: aduersarios autem illius, & quorum successio nulla superest, eos isto floruisse ait tempore. Quæ autem fuerint studia Eratosthenis, tractatio de bonis ab ipso edita, & declamationes aliæque similia ostendunt. medium scilicet eum tenuisse inter eum qui philosophari uellet, & eum qui non auderet se ei dare instituto, sed eò duntaxat progrediretur ut philosophari putaretur, aut hæc quandam digressionem à circularibus reliquis disciplinis sibi uel animi uel eruditionis alicuius gratia pararet. In reliquis etiam quodammodo talis est. Verum ista quidem omittantur. In præsentia ea in manus sumamus, quæ ad emendandam geographiam faciunt: idque primo reperamus, quod paulo antè huc reiecimus. Ait ergo Eratosthenes poëtam omnia ad delectandum dirigere, nihil ad docendum. Contra antiqui poëticam dixerunt primam quandam esse philosophiam, uitæ à prima ætate formatricem, quæ morum, affectuum, actionumque rationes nos uoluptate comitante doceat. quinetiam nostri solum sapientem esse poëtam affirmarunt. atque ea de causa in Græcis urbibus pueri primò omnium poësi instituuntur: non sane nudæ oblectationis causa, sed ut modestiam discant. Quando musici etiam, qui psallere, tibia canere uel lyra docent, hoc ipsum se præstare profitetur, morum se magistros ac formatores & correctores esse affirmantes. Neque hoc soli Pythagorei, sed Aristoxenus idè pronunciat, sed & Homerus cantoribus uitæ ad modestiam formandæ munus tribuit: ut cū de custode Clytemnestræ scribit:

Odys. y. 266.

— multis tutelam coniugis illi

Cum Troiam peteret uerbis mandarat Atrides.

neque ea Aegisthum antè potitum,

Cantorem in uacuum quam deportauit adulter

Insulam: ita assensam proprias perduxit in aedes.

Præter hæc ipse secū Eratosthenes pugnat. Nam paulum ante dictam hanc sententiam, exordiens orationē de geographia, iam inde ab initio omnes ait magno studio hoc agere, ut historiam de situ terræ in medium proponant: itaque Homerum & quæ de Aethiopibus, Aegypto atque Africa auditu percepisset, suo poëmati inseruisse: & Græciam ac uicina loca nimis curiose commemorasse. cuius generis sint — abundantemque colūbis Thisben —

— herbosamque Haliantum,

Ætol. 502. inde.

— extremum tangentem Anthedonali litus.

— Cephissi positam ad fontesque Lilæam.

neque omnino ullam frustra locis eum adijcere appellationem. Hæc ergo qui facit, an delectare uidetur, an uerò docere? profecto docere, hoc est. uerum de his ille ita scripsit. Quæ uerò extra nostrum sensum sita sunt, cum ipse tum alij portentis fabularum impleuerunt. Igitur hoc erat dicendum potius, poëtam unumquodque omnia sua uel ad solam oblectationem, uel ad docendum accommodare: is uerò intulit, solam uoluptatem ab eo queri, nullam

nullam haberi docendi rationem. Atque id ut confirmaret, querit quid ad uirtutem poetice faciat peritum esse multorum locorum, artis militaris, agriculturæ, oratoriæ, aliarum uerum, quas nonnulli poetæ adscribere uoluerunt. Sanè qui conari uelit omnia poetæ arrogare, eum non iniuria nimio contendendi studio elatum iudicaris: est enim (ut Hipparchus ait) perinde ac si qui is eiresionæ Atticæ mala etiam ac pira, & alia quæ ferre nequit, adesse dicat, si quis in poeta omnes disciplinas atque artes requirat: itaque hæcenus rectè loqueris Eratosithenes. Hæc autem perperam, quod tantam multarum rerum cognitionem poetæ de trahis, & poeticam fabulandi anilem quandam facultatem esse pronuncias, cui (uti tu loqueris.) liceat delectandi causa fingere quæ uelit. An enim ne auditoribus quidem poetarum quicquam ad uirtutem conferet adiuuenti, esse multorum locorum, rei militaris, agriculturæ, oratoriæ peritum? quæ ista auditione consequuntur. At qui Homerus hæc omnia Vlissi, quem præ cæteris alijs omni uirtute exornat, attribuit. Hic enim ipso referente

Multorum mores hominum cognouit, & urbes. is est

Consilioque, dolis uariisque instructus abundè.

is est, quem subinde urbis euerforem uocat, & qui Ilium cepit

Consilio, uerbisque, & uasfra fraudibus artis. &

Hoc comite ex igni sospes flagrante reuertar,

inquit Diomedes. Idem Vlisses & de agricultura gloriatur: in messe quidem, inquit

Curua mihi uiridi falx si tribuatur in herba,

Atque tibi similis. — & in aratione,

Tunc me continuum uideas proscindere sulcum

Neque uerò hæc ita sensit Homerus, ut non eruditi omnes testimonio ipsius, tanquam rectè differentis, confirmant huiusmodi peritiam ad prudentiam plurimum conducere. Iam cum oratoria prudentia in oratione uersatur. eam Vlisses per totam poesin exerit, 16 in tantis animis, in deprecatione, in legatione: in qua de eo scribitur.

At simul emisit magnam de pectore uocem,

Hybernis fudit niubusque simillima uerba,

Eloquio iam nemo hominum certaret Vlissi.

Quis uerò opinetur poetam, qui introducere possit homines artificiosè differentes, & exercitus prudenter ductantes, aliaque uirtutis officia obeuntes, ipsum de nugatoribus ac præstigiatoribus aliquem esse, qui tantum decipere præstigijs & adulando mulcere auditorem, nihil autem ei utilitatis adferre possit? Nonne autem alia poetæ uirtus nulla est, quam ut oratione uitam humanam imitatum exprimat? Qui autem id præstet, uita ipse imitatus atque imprudens? Non enim eodem modo poetæ, quo fabrorum aut ærariorum præstantiam censemus: cum hæc nihil honestum aut uenerabile confectetur, poetæ uirtus hominis cum uirtute sit coniuncta, neque bonus fieri possit poeta, qui non prius uir bonus extiterit. Omnino autem nobis minimè is parcat, qui rhetoricam poetis adimit. Quid enim dictione magis est cum oratorium tum poeticum? Atqui cuiusnam dictionem Homericæ putemus præferendam? Alia, inquit, & sua est poetæ dictio. Sanè: & quidem in ipsa poesin inter tragicam atque comicam orationem interest, sicut in soluta inter historicam & iudicialē. Etenim genus est oratio, species eius mensuræ certæ adstricta, & soluta oratio. nisi forte id negare quis uelit, non esse generalem aliquam rhetoricam orationem, dictionem, uirtutem. Imò ut dicam quod res est, pedestris oratio, quæ quidem sit arte parata, poeseos est imitatio. Primò enim omnium poeticus apparatus in medium prodit, approbationemque meruit: post eum imitantes, mensura dissoluta, reliquis poeticis conseruatis sua conscripserunt Cadmus, Pherecydes, atque Hecataeus. deinde posteriores subinde aliquid tale subtrahentes, orationem ad hanc, qua nunc usurpatur, formam deduxerunt, ueluti de sublimi quodam statu. perinde ac si quis diceret, Comædiam esse à tragicæ procreatam, huius sublimitate depressa usque ad eam formam, quæ nunc prorsus uocatur orationi similis. Iam quod uerba uocabulo canendi pro uoce dicendi usi sunt, hoc ipsum testatum facit, fontem & principium orationis artificiosæ atque rhetoricæ fuisse poeticam. Hæc enim cum se ostentaret, 17 cantum adhibuit. fuitque oda seu carmen non nisi oratio cantilenæ accommodata, unde rhapsodia;

initio Vlisseæ.
Iliad. 7. 202.

Iliad. n. 246.

Odyss. 5. 367.

Poeticæ eloquentia.
16

Iliad. 7. 221.

Soluta oratio & poetica.

Cantus.

- 17 *psodieg, tragœdie, ac comœdie nomina sunt facta.* Itaque cum uocabulum dicere primo omnium de poetica esset usurpatum dictione, quæ cum cantu erat coniuncta, canere ipsi & dicere pro eodem sumebantur. quorum cum alterum pedestri orationi accommodarent, abusus etiam ad alterum peruasit. Quin & hoc ipsum, quod oratio uersu carens pedestris uocatur, ostendit orationem à fastigio quodam & uehiculo ad humum esse deductam. Neque uero propinqua tantum & quæ apud Græcos sunt, sicuti Eratosthenes dixit, uerum & longinqua etiam, id quæ accurate Homerus, & accuratius quam qui post eum sunt fabulati, descripsit: non monstrose omnia fingens, sed scienter interdum alium sensum uerbis occultans, aut exornans carmen, animosue hominum oblectando ducens, cum alijs in narrationibus, tum de Vlisis maxime erroribus, de qua re cum admodum erret Eratosthenes, & interpretes nugatores appellans & ipsum poetam, operæ precium est copiosius differere. Primo oim, non poetæ modo fabulas sibi delegerunt, sed multo ante ciuitates ac legumlatores id fecere, utilitatis causa nimirum, & ad naturalem respicientes animalis ratione præditi affectionem. Cupidus enim cognitionis est homo: ad quam rem fabularum studium aditum ei parat. hinc namque incipiunt pueri audire, & magis magisque sermonibus auscultandis uacare. Causa est, quod fabula nouarum quædam rerum narratio est, non ea quæ sunt, sed alia quædam ab his diuersa recensens. iucundum autem est quod nouum, & adhuc ignotum narratur. atque hoc ipsum est quod cognitionis studiosos efficit. quod si admirabilia & portentosa fabulis admisceantur, augetur uoluptas, quæ quidem medicamenti instar discendi amorem ingenerat. Ab initio itaque necesse est hoc modo pueros inescari: progressu ætatis ad ipsarum rerum cognitionem sunt adducendi, confirmata iam intelligentia, neque opus habente adulatoribus. Quinetiam quicunque litterarum sunt & disciplinæ rudes, pueri sunt quodammodo, itidemque fabulas amant. quod ipsum eruditi etiam faciunt mediocriter. nam neque ratio eorum ipsi reluctari ualet, atque consuetudo à primis annis parta allicit. Porro cum fabularum monstra non tantum delectandi, sed & terrendi facultatem habeant: utrique generi usus est & apud pueros & apud adultos. Nam pueris iucundas quidem proponimus fabulas exhortandi gratia, terribiles autem ad deterrendum: est. n. eius generis Lamia, Gorgi, Incubus, Larua. Et in urbibus habitantes plerique iucundis fabulis ad honestatē excitantur, cum audiunt à poetis fabulose res præclare gestas referri, Herculis putant Thesei grumnas, aut diuinos alicui tributos honores: aut profecto cum huiusmodi ficticios euentus picturis, statuis, fictilibusue operibus expressos uident. lidem auertuntur à uitijs, cum supplicia, terrores, minasue diuinitus missas aut sermone, aut aliqua ad spectum horribili figura exponi audiunt, aut etiam credunt talia aliquibus euenisse. Fieri enim non potest, ut mulierum ac promiscuæ turbæ multitudo Philosophica oratione excitetur ducaturque ad religionem, pietatem, ac fidem: sed superstitione præterea ad hoc opus est, quæ incuti sine fabularum portentis nequit. Etenim fulmen, ægis, tridens, faces, angues, hastæque deorum thyrsis præfixæ, atque uniuersa prisca theologia, fabulæ sunt, receptæ à ciuitatum autoribus, quibus ueluti laruis insipientum animos terrerent. proinde fabularum fictio cum talis res sit, ac in societatem, uitæque formam civilem, & uerarum cognitionem rerum desinat: ueteres institutionem puerilem usque ad perfectam ætatem produxerunt, poeti cam formandis ad modestiam, omnis ætatis moribus sufficere existimantes. Posterioribus demum temporibus historiæ scriptio, & qua hodie utimur philosophia in medium prodierunt. Verum hæc ipsa ad paucos pertinet: poetica in publicum utilior est, quæ etiam theatra implere ualet: maxime omnium Homerica poetica. Et quidem primi etiam historici ac naturæ rerum descriptores, fabulas scripserunt. Enim uero poeta fabulas ad morum formationem referens, ueritatis magna ex parte rationem habuit, interdum tamen etiam mendacio adhibito: ueritatem quidem amplectens, mendacio autem demulcens ac gubernans ducis instar multitudinem. Et,

Odys. §. 232.

Ut faber argento cum circumfunderet aurum: sic ille ueris euentis fabulas adiecit, dictionem ita condiens ac ornans, interim qui uera narranti est propositus, eum ipse quoque ad finem respiciens. Hoc modo Iliacum ille bellum, rem nimirum gestam, sumit, ac fabularum commentis exornauit, itemque Vlisis errores. Non enim Homericum est noua fabularum portenta proferre, quæ à nullo uero de-

pende-

pendeant. Verissimiliora nimirum videntur auditori quæ quis ita mētitur, ut uera falsis admisceat, id quod de Vlissis erroribus differens etiam Polybius affirmat. Tale est etiā hoc.

Sic falsa est ueris affinia multa locutus.

Odyss. 7. 203.

Non enim omnia falsa dixit, sed multa modo dixit: alioqui ea ueris similia non fuissent. Acepit ergo principia suæ poëseos ex historia, cum affirmat, Aeolum insulis Liparæ adiacentibus imperasse: ac circa Aetnam & Leontinorum regionem Cyclopes incoluisse, & Læstrygonas quosdam inhospitales, ita loca freto uicina tum temporis inaccessa fuisse: Charybdin quoque & Scyllæum à latronibus fuisse infesta. eodemque modo alibi alios habitasse, quorum Homerus meminit. Atque ita cum nosset Cimmericos uersus septentrionem habitare ad bosporum Cimmericum, loco caliginoso, transtulit eos in tenebricosum locum, opportunè inferos ad hoc commentus in Vlissea peregrinatione. quod autem eos nouerit, ex eo liquet, quia uel eius ætate uel paulo ante ipsum natum 19 Cimmericorum excursionem annalium scriptores referunt. Sic cum Colchos nosset, & Iasonis ad Aeam nauigationem, & quæ de Circe ac Medea feruntur fabulæ, de earum ueneficijs ac reliqua morū similitudine: cognatas eas inter se finxit (cum quidem longissimè essent dissitæ, alteraque earum in recessu ponti, altera in Italia habitaret.) & utramque in Oceano exteriori collocauit. tametsi fortassis Iason ad Italiam usque euagatus est: quædam enim apud Ceraunios montes, circum Adriam, in Posadoniata sinu, & insulis quæ Tyrreniæ sunt oppositæ monstrantur indicia peregrinationis Argonauticæ. & contulerunt huc aliquid etiam Cyaneæ, quæ saxa quidam Symplegadas appellant, asperam exhibentia nauigantibus per fauces Byzantias nauigationem. itaque ut ab Aeæ ad Aeam, ita à Symplegadibus Planctas finxit: cumque uerissimilis esset Iasonis per illas nauigatio, per scopulos ipse nauigationem commentus est iuxta Scyllam & Charybdin. Omnino autem ista ætate mare Ponticum pro Oceano quodam secundo habebatur, & qui eo nauigassent non minus procul ab hominibus discessisse putabantur, quam qui procul extra columnas Herculis essent protecti. maximum enim marium nostrum putabatur, ideoque ob excellentiam ponti nomen ei est impositum, sicut ob præstantiam poëtæ appellatione Homerus intelligitur. itaque fortassis pontica ad Oceanum transtulit, ut qui ea ob receptam opinionem facile approbatum sibi existimaret. Item cum Solymi excelsissimas Tauri extremitates à Lycia ad Pisidiā usque tenerent, & cacumina uersus meridiem sita ad modum conspicua essent ijs qui intra Taurum habitant, maxime circa pontum: similitudine quadam eos quoque ultra Oceanum posuit. sic enim loquitur de Vlisse rate uehente.

Ast illum Aethiopum rediens Neptunus ab oris

Vliss. 6. 282.

E Solymis longè conspexit montibus.

Fortassis etiam unoculos istos Cyclopes 20 à Scythica transtulit historia. tales enim ferunt esse Arimaspos quosdam, quos in Arimaspeis carminibus edidit Aristæas Proconnesius. His ita positis, considerandum est quid dicant, qui Vlissē ita ut Homerus scripsit ad Siciliam atque Italiam euagatum fuisse asserunt, quique negant. in utramque enim partē recte ac secus sentire licet. Recte, si quis ita Homero assentiatur, ut qui pro certo habens eo peruenisse Vlissē, hoc uerum argumentum sumtum poeticè tractauerit. id enim de eo propriè dici potest. neque circa Italiam modo, sed & usque ad Hispaniæ extrema inuenire licet uestigia ipsius errorū, aliorumque plurimum. Perperam, si quis commenta etiam eius pro historia putet, Oceanum scilicet, inferos, solis boues, dearum hospitia, formarum permutationes, uasta Cycloperum & Læstrygonum corpora, formam Scyllæ, spacia nauigationis, aliāque id genus multa, quæ Homerus perspicuè finxit, portentosa. Qui ita aperte de poëtā mentitur, non magis dignus est contra quem disputes quam si quis asseueraret Vlissē ita Ithacā reuectum esse, procos occidisse, pugnam cum Ithacensibus in agro cōseruisse, uti ea Homerus descripsit. neque uerò cum eo litigandum est, qui conuenienter poëtā dicta accipit. Eratosthenes autem utrique effato non recte occurrit. Posteri 20 us, quod ea quæ perspicuè sunt falsa neque uerbis digna, conatur multis refellere. Prius, dum omnem poëtā nugatorem esse, & neque locorum neque artium peritiā ad uirtutem conducere pronunciat. cumque fabulæ alię locis non fictis adscribantur, ut Ilio, Pelio,

An Vlisses ad Siciliam & Italiam peruenierit.

Eratosthenes carpiunt.

Pelio, Idæ: aliæ fictis, ut Gorgones, Geryones, huius ille generis ait esse eas etiam, quæ de Uliſſis erroribus narrantur: & qui non ficta iſta, ſed ut uerū aſſumta argumentum dicūt, eorum mendacium ipſa ipſorum diſſenſione detegi. nā Sirenes ab alijs ad Peloriadem col-
Sirenuſæ. locari, ab alijs apud Sirenuſas, duobus amplius ſtadiorum millibus diſſitas. eſſe autem eas ſcopulum tricipitem, q̄ Cumanum ſinum à Poſidoniæ diſtinguat. Atenim neq̄ ſcopu-
 21 lus iſte triuertex eſt, neq̄ omnino in altum extollitur cacumen, 21 ſed à Surrento uicinis lo-
 cis uſq̄ ad fretum quod eſt iuxta Capreas cubito ſimilis quidam terræ flexus interiacet, ab
 altera montani lateris parte Sirenum fanum habens, ab altera ad Poſidoniæ ſinum, tres
 exiguas inſulas deſertas ac ſaxoſas, quæ uocantur Sirenuſæ, & in ipſo traiectu Mineruæ
 templum, à quo nomen habet etiam ille cubitus. Enimuerò non ſi qui hitoriam locorum
 tradidere nō conſentiūt, ideò tota illico abiiciēda eſt hitoria. quinimo nōnunquam uni-
 uerſæ hitorie fidem conciliare iſta ex diſſenſione licet. Verbi gratia, ſi quærat an uagan-
 do ad Italiā & Siciliā peruenerit Uliſſes, & utrū circū ea loca Sirenes ponant: iſq̄ eas in
 Peloriade ponit, ab eo diſcrepat qui eas in Sirenuſis collocat, uterq̄ autem ab hoc non diſ-
 ſentit, qui circa Italiā & Siciliā eas habitāſſe dicat, ſed eius dictū eò probabilius ambo faci-
 unt, quòd quamuis de loco non conſentiant, tamen ab Italia aut Sicilia non diſceſſerunt.
 Quod ſi quis addat, Neapolī monumētum monſtrari Parthenopes quæ una Sirenu fuit,
 iſ adhuc amplius fidei cōcilauerit, quanquā tertiu hunc locū memoret: ſed quod eo in ſi-
 nu, quē Eratoſthenes Cumanū nominat, quē Sirenuſæ faciūt, etiā ſita eſt Neapolis, ideò fir-
 mius credimus circum ea loca Sirenas fuiſſe. Nā neq̄ poētā oīa accuratiſſimē explorāſſe
 puto, neq̄ nos ab eo exactam diligentia hōc loco requirimus; non tñ ita ſumus affecti, ut
 ſuſpicemur iſta eum compoſuiſſe nihil compertum de Uliſſis peregrinatione, ubi loco-
 rum & quomodo eam obiuerit. Porro Eratoſthenes Heſiodum conſciit, cum iſ inaudiuiſ-
 ſet de Uliſſis ad Italiā ac Siciliā aduentu, fidemq̄ opinioni ei adhiberet, nō eorum mo-
 dō feciſſe mentionem quæ ab Homero referuntur, ſed & Aetnæ, Ortygiæ, quæ exigua ia-
 cet ante Syracuſas inſula, & Tyrrhenorum: Homerum, neq̄ cognita iſta habuiſſe, neque
 errores Uliſſis uoluiſſe locis illuſtrib. adſcribere. Quid ergo? Aetna & Tyrrhenia nobilia
 ſunt: Scyllæum, Charybdīs, Circeum, Sirenuſæ obſcura? & Heſiodum decuit non nuga-
 ri, ſed receptas ſequi opiniones, Homero quidquid in buccam ueniret uiſum

22 22 Futiliter uano carmine perſtrepere.

Atqui præter ea quæ de dignis Homero fabularum commentis diximus, cū ſcripto-
 rum multitudo eadem perhibentium, tum fama quæ ijs in locis obtinuit, docere poteſt
 hæc non eſſe poëtarum aut ſcriptorum figmenta, ſed uestigia uita ſuſceptorum hominum ac
 rerum geſtarum. Et Polybius quoq̄ recte interpretat ea quæ de errorib. Uliſſis Homerus
Polybius de fa-
bulis Homeri. habet. Aeolū nempe, qui prædiceret quomodo per fretum nauigari poſſet, cum ijs locis
 ob affluxum ac refluxum maris curſus diſſiciliter teneri, fretumq̄ ſuperari queat, uento-
 rum promū dictū fuiſſe ac regē: quemadmodum 2; Danaus, q̄ Argis aquatica inſtrumen-
 ta demonſtraſſet, & Atreus, qd ſolis curſum cœli cōuerſioni renitentiſ, docuiſſet, uatesq̄
 23 & ſacrorum inſpectores reges ſunt creati: & apud maiores noſtros ſacerdotib. Aegyptio-
 rum, Chaldaeis, Magisq̄ ſapientia alios ſuperantib. honores & impetia ſunt delata. atque
 ita etiā unusquiſq̄ deorum honores repit eo, quod aliquid utile excogitaſſet. Hiſ Polybi-
 us principio diſputationis conſtitutis, nō patit Aeolum p̄ fabula omnino accipi, aut uni-
 uerſam Uliſſis pegrinationē: ſed pauca quædam figmēta eiſ eſſe annexa ait, ut & bello Ili-
 co: reliqua omnia de Sicilia & poētā uerē ſcripſiſſe, & hitoricos qui Italiæ ac Sicilia uic-
 ina loca deſcripſerūt. Neq̄ uerò Eratoſthenis probat ſententiam, qui tum deniq̄ pronun-
 ciat inuenturum aliquem ad quæ loca uagando delatus fuerit Uliſſes, cū inuenerit ſu-
 torem qui utrem uentorum conſuit. Porro quæ de Scylla dixerit Homerus, docet conue-
 nire uenationi galeotarum quæ exercetur apud Scyllæum.

Uliſſ. u. 95.

Hic circum rupem crebro ruit impete Scylla,

Delphinos, captansq̄ canes, & ſicubi maior

Thynnorum ea.

p̄ura & galeo-

tarum.

Bellua ſeſe offert. — Etenim thynnos cum gregatim præter Italiā feruntur, poſtquam in
 fretum inciderunt & Siciliā attingere prohibentur, incidere in maiores belluas, ut del-
 phinos, canos, & alia cetis ſimilia. Ex horū uenatione pingues reddi galeotas, quos etiam

Xiphias

Xiphias & canes dici aitt. Id enim ibi usu uenit, & ad Nili aliarumq; aquarum adscensus, quod sit sylua incensa: nam animalia dum ignem aquamue agmine facto fugiunt, præda sunt robustioribus. His dictis narrat Galeotarum uenationem, quæ apud Scyllæum habetur. In lembis qui duobus remis agitantur complures bini teruntur propter nauium stationem, alter eorum lembum agit, alter hasta armatus in prora stat. ijs omnib. communis in specula est explorator, qui aduentum galeotæ indicet: tertia sui parte galeota supra mare solet eminere: quem cum lembus attingit, comminus ille hastam eius corpori impingit, euellitque relicta in corpore eius cuspidē, quæ hamata est, & dedita opera leuiter hastili præfigitur: ab ea dependet lōgus funiculus, quod laxant bellua uulnerata, donec palpitando ac subterfugiendo defatigetur: tum ad terram educunt, aut in lembum imponunt, nisi omnino uasto sit corpore. Hastile etiam si in mare excidat, non perit: est enim compactum ex quercu & abiete ut cum pondere pars querna mergitur, reliquum in sublimi extet ac recipi facile possit. Nonnunquam etiam remex per ipsum lembum uulneratur ob magnitudinem gladij galeotæ, et uim belluæ cuius & impetus & uenatio aprorum similis est. Ex his, inquit, conijcere aliquis possit, de Homeri sententia Vlissem ad Siciliam euagatum fuisse, cum is Scyllæ hanc uenationem adscribat, quæ maxime familiaris est apud Scyllæum. nec non ex ijs quæ Charybdæ eueniunt, similia eorum quæ freto accidunt, nam illud

Terq; die allidit fluctus. — pro bis positum, errore uel scribæ uel historiæ ait factum. Iam quæ Meningis sunt, ea cum narratione de Lotophagis consentiunt. Quod si quæ non congruunt, causam mutationis existimandam esse aut ignorationem, aut licentiam poeticam, quæ constat ex historia, 24. dispositione, & fabula. Historiæ proinde finem esse ueritatem: ideo poëtā in recensione nauium singulis sua propria locis attribuisse, dum aliam urbem saxosam, aliam in extremo sitam, aliam columbis abundantem, aliam mari uicinam appellat. Finem dispositionis esse efficaciam, ut cum pugnantem introducit. Fabulæ, uoluptatem & terrorem. Omnia autem confingere neque consentaneum, neque Homericum esse. nam Homeri poëma omnes scriptum esse philosophicum cēsent: secus quam Eratostheni uisum, qui negat deberi de sententiā poëtæ iudicium fieri, neq; in poëmatibus queri uult historiam ullam. Sanè probabilis est hunc locum:

Odyss. u. 105.

24

Licētia poetica.

Inde nouem totis iactabar multa diebus

Odyss. 17. 82.

Venti ui dira non unius. —, de non longo itinere exponi, (uenti enim diri seu perniciosi non faciunt ad cursum rectum tenendum.) quā extra Oceanum hoc temporis spaciū nauigatum fuisse comminisci, perinde ac si secundis usus ille esset uentis. At Eratosthenes supputato quod est à Maleis ad Herculis columnas spaciū xxii millium ac 10 stadiorum, si (inquit.) hoc eum nouem his diebus æquali in singulos portione ponamus confecisse, quotidie eum nauigasse bis mille ac quingenta stadia consequetur atq; inquit, quis unquam perhibuit è Lycia aut Rhodo aliquem biduo Alexandriam nauigio esse peruectum, quod non ultra quatuor millia stadiorum est interuallū: lis etiā qui querunt cur Vlysses, cum ter in Siciliam aduenerit, ne semel quidem tamen dicatur per fretum nauigasse: responderet posteriores quoque ab hac nauigatione omnes sibi cauisse. Hæc ille, & alia quoque recte. Cum autem urget Oceani ingressum, eumq; ad accuratam dierum interuallorumq; rationem reuocat, summam inæqualitatem ibi adhibet. Simul enim & citat poëtæ uersus.

Inde nouem totis iactabar multa diebus

Venti ui dira non unius. — & simul alia supprimit. Sunt enim & hæc poëtæ.

Nauis ut Oceani primum est egressa fluentia. &

Insula in Ogygiā, maris hic medioximus umbo est,

ubi & filiam Atlantis ait habitare. Item de Phæacibus

Extremiq; hominum maris ad uada salsa seorsim

Degimus ac nobiscum nemo negociā miscet.

Vlyss. u. 11

Vlyss. u. 50.

Vlyss. u. 204.

Hæc enim manifestò in Atlantico ficta mari monstrantur. quib. ille dissimulatis, ea quæ perspicuè dicta sunt refellit, malè id quidem. Rectè autē hoc, circa Siciliam & Italiā uagatum esse Vlyssē: nam ab ipso hoc cōfirmatur poëta, quis enim alioqui poëta aut scriptor

b persua-

persuasisset Neapolitanis ut monumentū Parthenopæ Sirenis iactarent, Cumanis, Dicaæ-
cheæ & ad Vesuviū degētib; ut Pyriphlegethontem, lacum Acheruntīū, & oraculum
defunctorum in Aorno, tum Baiū ac Misenum quosdam de Vlissis comitibus memora-
rent: eodemq; modo res habet de Sirenis, ijs quæ circa fretū sunt, de Scylla, Charybdi,
& Aeolo: quæ neq; ad uiuū refecāda sunt, neq; ita relinquenda ut radicis ac fundamen-
ti expertia neq; cū ueritate quicq; neq; eum utilitate historica habeant commune. Quod
ipsum ipse subodorat. Eratosthenes, suspicari, inquit, aliquis possit poētā uoluisse errores
Vlissis occidentalib; regionib; adscribere, sed defecisse ab ijs quæ erant pro ueris ponenda,
partimq; de ijs secus inaudiuisset, partim quod nō uti erant, sed portentosius & terribilius
quæq; efferre instituisset. Rectē quidem pronunciauit quid ille, sed cur fecerit, male inter-
pretatus est. non enim nugari Homerus, sed prodesse uoluit. Itaq; & hoc nomine culpan-
dus Eratosthenes, & quod eum de remotis potissimū ait fabulas finxisse monstruosas, quod
de ijs mentiri esset expeditius. Etenim quæ de longinquis sunt apud poētā fabulæ, per
exigua sunt eorum pars, quæ de ipsa Græcia & uicinis Græciæ locis fabulæ habent, ut de
Herculis & Thesei ærurnis, de actis in Creta, Sicilia alijsq; insulis, de Cithærone, Helico-
ne, Parnasso, Pelio, totaq; Attica & Peloponneso. neque quisquam ob fabulas scriptores
earum ignorationis accusat. Præterea, cum non omnia fingant poëtæ, sed multa affingāt,
Homerus in primis: quærens Eratosthenes quāsnā antiqui fabulas addiderint, non que-
rit utrū priora fuerint sintū: sed in ijs magis exquirat ueritatem, quæ ille locis personis
iis affingit. ut utrū Vlisses uagatus sit, & ubinam locorum. Illud uero totum est uitiosum,
quod Homeri reliquorumq; poetarum scripta eodem omnia habet in numero, & cum
in alijs tum in his etiam quæ nunc tractamus Geographicis nihil pstantiæ adscribit Home-
ro. Nam, absq; cætera essent, saltē qui Sophoclis Triptoleum, aut prologū Baccharum
Euripidis legeret, cumq; ijs Homeri industriam in terrarum situ describendo compararet,
facile quantum alter alteri præstaret, poterat cognoscere. Vbi enim ordo requiritur loco-
rum quæ commemorantur, ordinem Homerus seruauit, non minus in remotorum, quam
in Græcicorum mentione.

Fabula de re-
motis.

Præstantia Ho-
meri.

Odyss. l. 315.

Iliad. l. 225.

Conati magno sunt Ossam imponere Olympo
Fronosum celsq; imponere Pelion Ossæ. &
Proruit excelsi luno de uertice Olympi,
Atq; à Pieria Emathia per rura profecta
Threicia montes accelsit diua niuosos:
Hinc ab Atho pontum petijt.

Et in recensione, urbes quidē ordine non refert: neq; enim erat necesse: nationes autem
serie memorat recta. Itemq; de longinquis:

Odyss. l. 83.

Cyprum, Phœnicemq; per Aegyptumq; uagatus
Aethiopes adi, tum Siconios, & Erembos,
Et Libyam. — quod & Hipparchus annotauit.

Illi uerò ubi ordo requirebatur, Euripides Bacchum ut obierit uarias gentes narrātem
introducens, Sophocles Triptoleum terras à se consitas, longē diuisa coniungunt,
& coherencia diuellunt.

Lydorum abundans auro peragraui solum,
Phrygiamq; & sole calentia plana Persidis,
Et Bactra, Medorumq; frigidam plagam,

Et Arabiam felicem. — eodemq; modo Triptolemeus. sed & commemorandis loco-
rum inclinationibus ac uentis Homerus magnam Geographiæ demonstrat peritiā, in
descriptione locorum ea simul indicans.

Odyss. l. 17. 25.

Illā humilis sed in extremo iacet insula ponto
Obscuris obuersa plagis. nam solis ad ortum
Auroramq; alię spectant. —

Sunt enim binæ quasi fores, alterę Aquilonem, alterę Austrum spectantes.

Iliad. l. 239.

Sive illæ dextra uolitant Titanis ad ortum,
Auroramq; petunt laua seu parte tenebras.

Et qui

Et quidem horum ignorationē, supremam omnium confusionem iudicat.

O' soch, neq; enim noctis quo cardine surgat,

Caligo, uel quā roseis aurora quadrigis &c.

Præterea cum id quoq; rectē sit à poeta dictum.

Cum Zephyro Boreas Thracum de finibus acer

Spirantes — non rectē id accipiens Eratosthenes calumniatur, quasi Homerus in uniuersum pronūciarit Fauonium ē Thracia spirare: quod ille nō dicit, sed tum demum, cum uenti hī concurrunt ad Melanē seu nigrum sinum Thracij maris quod Aegæi pars est. Nam Thracia, quā Macedonię committitur, in mare procurrens uersus Austrum flectitur, eoq; fit, ut Zephyri inde uideantur spirare Thaso, Lemno, ac Imbro, & Samothracæ, ac mari quo alluuntur. sicut & Atticæ spirare uidentur à Scironijs saxis, unde etiam Zephyri, maxime Cauri. Id non sensit Eratosthenes, est tamen suspicatus. ipse enim eā, quam dixi, Thracię inclinationem refert. cumq; uerba poetæ absolute de Zephyro ab occasu spirante acciperet, imperitię eū arguit, eò quod ab occasu & Hispania spiret is uentus, quò Thracia non pertinet. Quasi uerò nesciuerit ab occasu flare Fauoniū Homerus, qui suum ei proprium locum in his uersib. adscripsit.

Vnā Euruscq; Notuscq; ruunt, Zephyrusq; maligno

Flamine, tum Boreas. —

Aut quasi nesciuerit Thraciam non protendi ultra Pæonicos & Thessalicos montes. at uerò ille quę post Thraces ordine sequuntur gentes & maritimas & mediterraneas nouit, ac nominatim expresit: Magnetas, Malienfes aliosq; deinceps Græcos usq; ad Thesprotes: item finitimos Pæonib. Dolopes, & Sellos circa Dodonam usq; ad Acheloum: Thraces autem ultra non commemorauit. Proximum quoq; & notissimum sibi mare libenter nominat, ut in his.

Concio tunc undæ uelut exagitata marinę est

Icarij pelagi. —

Sunt etiā, qui duos præcipuos uentos faciunt Boreā ac Austrum, à quib. reliqui parua differant inclinatione, Euris ab æstiuo ortu, Subsolanus ab hyberno, Fauonius ab occasu æstiuo, ab hyberno Caurus. atq; duos esse uentos confirmant cum Thrasylalcis testimonio, tum ipsius poetæ, qui Caurum Austro adscribit,

Argestæ Austri. —

&

Fauonium Boreæ,

Cum Zephyro Boreas Thracum de finibus acer

Spirantes. —

Ceterum Posidonius ait neminem de uentis hoc modo differuisse eorum qui his rebus claruerunt, Aristoteles nimirum, Timosthenes, Bio astrologus. sed eos uentum qui ab ortu flat æstiuo, Cæciam perhibere, qui ei eregiōne est oppositus, & ab occasu flat hyberno, Africum: qui ab ortu hyberno, Eurum, & ei oppositum Caurum: medios Subsolanum & Fauonium. A' poetā autem Fauoniū uiolenter spirantem uocari eū qui nobis est Caurus: Africum spirantem Fauonium, eum qui nobis est Fauonius. Austrum Caurum, Leuconotum, siue album Austrum, qui paucas facit nubes, cum reliquis Auster totus ferē sit Euris.

Ac ueluti nubes Zephyrus cum dissipat acer,

Argestæ pulsans uiolentis flatibus Austri.

Nam Zephyrum uiolenter spirantem hīc dicit, qui solet dissipare imbecilles nubes à Leuconoto coactas, atque hīc epitheton Austri est Argestes. Hæc sanè initio primi Geographicorum libri dicta, huiusmodi emendationem sunt consecuta. Porro autem perseuerans in semel concepta de Homero falsa opinione, id quoq; dicit, ignorasse eum plurane essent Nili ostia, adeoq; ipsum Nilī nomē: Hesiodum uerò nosse, qui & mentionem eius fecerit. Ac nomen quidem ætate Homerī nondum fuisse, probabile est. Ostia autem si obscura fuerunt, paucisq; notum an plura uno essent, concedi potest nihil de ijs Homerum inaudiuisse. si uerò omnium quæ in Aegypto sunt rerum nobilissima, maximeq; & admiratione & memoratu digna est ac historia fluius ille, eiusq; exudatio & ostia: quis nā suspi-

Odyss. u. 191.

Iliad. 17. 5.

Fauonius unde spiret.

Odyss. 17. 295.

Iliad. β. 144.

Duo præcipui uenti.

Iliad. λ. 306.

Iliad. 17. 5.

Iliad. λ. 306.

Homerus de Nilo.

cetur eos qui Homero de flumine Aegyptio, regione ea, Thebis Aegyptijs, & Pharo retulerunt, ista aut ignorasse, aut cum cognita haberent, nihil de ijs indicasse: nisi si ut rem notam ea praterierunt. Id uero minus adhuc uerisimile est, uiciniora & nota ignorasse Homerum, qui de Aethiopia, Sidonijs, Erembis, Oceano, & bipartitis Aethiopib. mentione fecerit. Quod aut ostiorum Nili non meminit, id non certum est argumentum quod ea ignorauerit, nam & patriam suam, & multa alia reticuit. sed ideo potius iudicasse ea memoratu indigna uideri potest, quod nimis essent nota. Non recte etiam ignorationem ei obiiciunt, quod infula Phariam mari cingi dixit. Etenim contra id testimonij loco esse potest, nihil eum istorum quae de Aegypto nuper dixi ignorasse, quod hinc patet. Quicunque suas peregrinationes narrant, inflatè illi solent omnia iactare. qualis etiam Menelaus, qui cum usque ad Aethiopas adscendisset, iaudiuerat de Nili exundatione, & quantum is terrae regioni illi apponeret, & quod traiectum qui est ante fauces iam ferè aggere aggesto cum continente coniunxisset: ut non iniuria Hesiodus totam Aegyptum fluij donū dixerit, si non totam, eam saltem quae infra Delta sita, inferior Aegyptus nominatur. cognouit etiam Pharam priscis temporibus mari ambitam fuisse: itaque mentitus est eam adhuc pelago circumdari, quanquam iam insula esse desisset. Poetae autem est hic apparatus. itaque hinc conijci potest, adscensiones quoque ei & ostia Nili nota fuisse. Idem error est, quod ignotum fuisse Homero aiunt isthmum qui inter mare Aegyptium est & sinum Arabicum, ac falsum esse illud

Isthmus inter
maria Aegyptiū
& Arabicum.
Odyss. a. 23.

Extremos hominum Aethiopas, geminisque diremtos Partibus. — Nam cum recte hoc Homerus dixerit, posterius iniuria reprehendunt. Tantum enim abest ut uere dicatur ignotum Homero fuisse isthmum illum: ut affirmem non notum modò ei fuisse illum, sed & disertè commemoratum: grammaticos autem uerba ipsius non intellexisse, ab Aristarcho & Cratete, ut praestantissimis hac scientia, sumto initio. Nam de eo qui sequitur poetae uersu, dissentient ipsi. Aristarchus enim scribit,
Partibus: hi quā sol cadit, & quā tollitur illi.

25 At 25 Crates,

Partibus, & quā sol cadit, & quā tollitur ortus.

Aethiopes quo
modo bifariam
diuisi.

cum quidem ad institutum utriusque nihil intersit utro modo legatur. Hic enim ea sequens quae mathematicè uidentur dici, torridam zonam ab Oceano contineri, ab utroque aut huius zone latere esse temperatam, cum nostrā, tum quae in altera mundi est parte. Sicut ergo à nobis si dicuntur Aethiopes, qui uersus meridiem liti totius habitatae terrae in extremo ad Oceanum accolunt, ita putat etiam trans Oceanum intelligendos esse alios quosdam Aethiopes reliquorum extremos, qui in altera temperata zona ipsi quoque ad Oceanum habitent. eos ergo geminos esse, & bifariam diuisos. Illud autem

— hi quā Sol cadit, & quā tollitur illi,

adiectum est, quod cum Zodiacus coelestis semper directè imminet terrestri, neque is sua obliuatione utramque excedat Aethiopiam, necesse est totam solis conuersionem intra illud spaciū intelligi, solemque ibi alijs aliter, & diuersis punctis surgere atque cadere. Hic ergo, ita differit, ratus Astronomiae esse hoc magis consentaneum. poterat autem etiam simplicius dici, ita ut nihilominus hoc teneretur ita bifariam diuisos esse Aethiopes, ut ab ortu solis usque ad occasum utrinque ad Oceanum habitent. Quid ergo ad sententiam refert uel ita scribere, ut ipse, uel ut Aristarchus:

Partibus: hi quā Sol cadit, & qua tollitur illi.

hoc enim est eos utrinque ad Oceanum uersus & orientem & occidentem habitare. At Aristarchus reiecto eo quod Crates ponit, nostros Aethiopas qui respectu Graeciae uersus meridiem habitant ultimi bifariam diuisos accipit: non ita, ut duae sint Aethiopiae, sed una tantum quae Graecis est uersus meridiem, Aegypto adiacens. id aut ignorasse poetam, sicut & alia quae Apollodorus libro de recensione nauium secundo refert, finxisse de locis falsa. Enim uero contra Cratetem longa opus est disputatione, & ad institutum fortassis nihil faciente. In Aristarcho autem id quidem laudamus, quod Cratetis proposito repudiato, quod multis modis refelli potest, de nostra Aethiopia suspicatur locutum esse poetam. cetera uero consideremus. Primo omnium ipse quoque frustra de scriptura scrupulosè differit. nam etiam si altera relinquatur, congruere ea sententiae ipsius potest. Quid enim interest siue dicas,

Aristarchus re-
fellitur.

dicas, gemini sunt secundum nos Aethiopes, alij uersus occasum, alij uersus ortum: aut sic, Nam & uersus ortū, & uersus occasum. Deinde falsa autor sit opinionis. Fingamus enim poetam ignorasse isthmum, & fecisse Aethiopiae mentionem eius quae est post Aegyptū, istis uerbis;

Aethiopas geminis diuisos partibus.

Quid ergo, an ideò non erunt bifariam diuisi? An id quoque ignorauit poeta, Aegyptum & Aegyptios à Delta ad Syenem usque à Nilo in duas partes diuidi

Quarum haec surgentem spectet, solem illa cadentem?

Quid autem aliud est Aegyptus, quam fluuialis insula, quam aqua inundat: atque ipsa sita est ab utraque fluuii parte uersus ortum & occasum. At uero Aethiopia directe post Aegyptum iacet, eodemque prorsus modo secatur à Nilo, & natura locorum cum Aegypto prorsus congruit. nam & ipsa itidem arcta est, in longum porrecta, & aq̃ irrigua: ac quae extra irriguam sunt, deserta sunt, aquae expertia, rarisque locis habitationi commoda, partim uersus ortū, alia uersus occasum. Quomodo ergo non erit Aethiopia bifariam diuisa. Quid? Nilus idoneus terminus hys uideri potuit, qui Asiam ab Africa dissepunt, quippe qui uersus meridiem ad stadia amplius CCCO se porrigat, ea autem sit latitudine, ut amplissimas quoque & multis hominum millibus habitatas insulas includat, quarum maxima est Meroë, regia & praecipua Aethiopum urbs: atque idem fluuius non sufficiat ad diuidendam in duas portiones Aethiopiam? Imò qui reprehendunt hos, qui continentes amne diuidunt, id maximum eius erratum obijciunt, quod si diuellant Aegyptum & Aethiopiam, & utriusque aliam in Africa, aliam in Asia partem ponant. aut si hoc uolunt, uel non diuidunt continentes, uel non fluuiò diuidunt. Prater haec, alio etiam modo Aethiopiam distinguere licet. Quicumque enim in Oceano Africa ora prateruecti sunt, siue à rubro mari, siue à columnis Herculis inita nauigatione aliquousque progressi, deinde retrò abierunt, multis prodire uetiti incommoditatibus apud multosque eam opinionem confirmant, mediū isthmo aliquo diuidi. Atqui totum Atlanticum mare in se coit, maxime quod est uersus meridiem. Quotquot autem nauigarunt, finem suae nauigationis loca Aethiopica nominauerunt, itaque renunciauerunt. Quid ergo est absurdum, si Homerus quoque hac fama ductus Aethiopes bifariam diuisit, orientales alios, alios occidentales faciens: cum de hys quae in medio sunt non constet habitenturne an secus. Ceterum Ephorus aliam quoque historiam refert ueterem, de qua inuadiuisse Homerum non est rationi aduersum. Narrari ait à Gaditanis Aethiopes, cum Libyam usque ad occasum peragrassent, ibi mansisse eorum quosdam, quosdam etiam maritimè ore bonam occupasse partem, atque inde colligit Homerum etiam dixisse.

Extremos hominum Aethiopes geminisque diremtos

Partibus. — Proinde & haec contra Aristarchum, eiusque secutos opinionem dicere licet, & alia his adhuc magis probabilia, itaque tantam ignorationem à poeta amoliri. Nam de priscorum Graecorum sententia hoc dico, quod sicut notae uersus septentrionem gentes uno prius nomine omnes uel Scythae uel 26 Nomades. ut ab Homero appellabantur, ac postea temporis cognitis regionibus occidentis Celtae, Iberi, aut mixto nomine Celtiberi ac Celto-sythae dici coeperunt, cum prius ob ignorationem singulae gentes uno omnes nomine afficerentur: ita quae ad Oceanum uersus meridiem sita sunt omnia Aethiopiae appellatione fuisse notata. Haec testimonijs comprobari possunt. Sic enim loquitur Aeschylus in Prometheus soluto.

Marisque fluctus cernes puniceos rubri

Sacrum fluentum, & aereo quae fulmine

Palus ad Oceanum percellitur sita

Omnigenum Aethiopum, quae Sol cuncta qui uidet

Identidem immortale corpus abluat,

Reficitque mollibus undis sudantes equos.

Nam cum per totum meridiani obuersum tractum Oceanus respectu solis representet horizon-

tem, Aethiopes quoque per eum totum extendit. Et Euripides in Phaetonte Clyme-

nem ait Meropi datam — regi terrae illius,

Quam, cum quadrigis tellurem superat suis

Primum aurea flamma Sol almus percutit.

Eream nigra uicina gens cute prædita

Auroræ uocat, ac solis stabulum lucidi.

Quo quidem loco stabulum equis auroræ, & solis idem adscribit: in sequentibus autem uicinum id facit edibus Meropis. atq; in tota illa id fabula est attextu, non sanè ad Aethiopiam peculiariter eam pertinens quæ est post Aegyptum, sed ad eam oram maritimam, quæ per totum meridianum tractum porrigitur. Ephorus q; antiq; de Aethiopia opinionem refert, in oratione de Europa indicans cæli ac terræ locis in quatuor diductis partes, eam quæ est uersus Subsolanum, habitari ab Indis, quæ uersus Austrum, ab Aethiopibus, quæ uersus occasum à Celtis, Aquiloni obiectam a Scythis, additq; Aethiopiam Scythia esse maiorem. Videtur enim, inquit, gens Aethiopum protendi ab ortu hyberno usq; ad occasum: eiq; opposita est Scythia. His consentire poetam, uel inde liquet, q; Ithaca ipso autore spectat

Odyss. 17. 25.

Obscuris obuersa plagis, nam solis ad ortum

Auroramq; alia spectant. —

tenebras autem septentrionem intelligit: solem ac auroram dicens, totum meridionale dicit latus. Rursum.

Iliad. 14. 239.

Siue illæ dextra uolitant Titanis ad ortum,

Auroramq; petunt laua seu parte tenebras.

Et alibi.

Odyss. 11. 191.

O socij, neq; enim noctis quo cardine surgat

Caligo, uel quâ roseis auriga quadrigis

Veçta diem referat, præceps ubi lampada condas

Titan, quâ curru terram superetue supino

Nouimus. —

de quibus apertius dicitur, ubi de Ithaca sermo instituitur. Quando itaq; dicit,

Iliad. 11. 423.

Namq; hesternus ad Oceanum est, iustosq; profectus

Iuppiter Aethiopus, quorum conuiuia uiuit:

communiùs hoc est accipiendum, de Oceano uidelicet totum meridionalem alluente tractum, & Aethiopus, ad quemq; enim istius tractus locum aduerteris cogitationem, ad Oceanum eris & in Aethiopia. In hunc sensum id quoq; dicit.

Vliss. 1. 282.

Ast hunc Aethiopum rediens Neptunus ab oris

Eminus è Solymis conspexit montibus. —

quod perinde est ac si dixisset, à meridionalibus locis. Non enim loquit de Solymis qui sunt in Pisidia, sed (sicut supra dixi) fingit ijs quosdam cognomines, qui eundem habeant respectum ad rate uectum Vlissis, & eos qui istis in locis uersus meridiem habitant, ac sunt Aethiopum instar, qui est Pisidicorum ad Pontum & Aethiopus ultra Aegyptum incolentes. Hoc modo etiam de gruib; amplificauit orationem.

Iliad. 9. 4.

Quæ simul ac fugere imbres, hyememq; niuaalem

Cum magno Oceani clangore feruntur ad undas,

Pygmæis pugnamq; uiris, cadesq; ferentes.

Neq; n. à Græcia tantum uersus meridiem uolant grues, non etiã ex Italia, Hispania, Caspia, aut Bactriana eodem modo. Sed cum Oceanus totam meridionalem alluat oram, & eam undiquaq; grues hyemis euitandæ causa petant, intelligendum est fingi ab Homero hoc, Pygmæos ad totam illam oram habitare. Quod autem posterius Aethiopus eos solos uocarunt, qui supra Aegyptum degunt, itemque narrationem de Pygmæis ad eos astringunt: id ad antiqua nihil attinet. Nam hodie nō omnes populi qui in expeditione ad Ilium fuere, Achæorum aut Argiuorum nomine intelliguntur, q; tamē omnibus ijs tribuit Homerus. Simile est quod de Aethiopib; dixi, esse intelligendos scilicet qui accolunt per totam oram Oceani à solis ortu usq; ad eius occasum. nam sic dicti Aethiopes natura sunt à se inuicem diuulsi sinu Arabico, diuiso circulo meridiano iusta sectione in morem fluminis, cuius sectionis longitudo est ferè 6000 100 stadiorum latitudo maxima nō multum excedit stadia 610. idq; longitudini accedit, quod intimus eius sinus recessus à mari Pelusiaco itinere tridui aut quadridui abest, isthmo interiecto. Quemadmodum igitur elegantes

tiores

iores eorum qui Asiam ab Africa diuidunt, pro confinio commodiore utriusque continentis habent sinum quam Nilum: quippe quod ille propemodum ab uno mari ad alterum omnino penetrat, cum Nilus ab Oceano multis partibus longius absit, ideoque Asiam uniuersam ab Africa non dirimat. ita ego existimo poetam censuisse eodem modo meridionalem totum tractum uniuersi terræ habitæ orbis in duas esse ab hoc sinu diuisum partes. Qui ergo ignorauerit isthmum, quem is sinus cum Aegyptio mari constituit. Etenim omni ratione caret, perspicue ei fuisse notas Thebas Aegyptias, à nostro mari stadiis paulo paucioribus 100 distitas: ignotum autem intimum recessum Arabij sinus & isthmum apud eum, cuius latitudo non est maior 100 stadiis. Multo etiã absurdus id uideri possit, nouisse Homerum Nilum Aegypto cognominem tantæ regioni, causam autem huius rei ignorasse. Maximè autem occurreret Herodoti dictum, donum esse fluuij Aegyptum, ideoque hoc eum nomine dignatum fuisse. Alioquin etiã eorum quæ singulis sunt locis peculiaria, hæc omnium sunt notissima, quæ & rari aliquid habent, & omnibus sunt conspicua: qualis est etiã Nili adscensio, ac maris ingesto terræ aggere complanatio. Et quemadmodum qui ad Aegyptum appellant nihil prius in regione ea considerant quam Nili naturam, quod Aegyptij neque quicquam magis inauditum peregrinis, neque illustrius suarum aliquid rerum habent: (. nam qui Nili naturam uestigarit, ei totius regionis qualitas sit manifesta.) ita & qui procul inde remoti audiunt de Aegypto, primò omnium de Nilo inaudiunt. Huc accedit etiã discendi ac peregrinandi studium Homeri, quod uitæ ipsius scriptores faciunt testatum, & ex ipsis poematibus multa eius sumi possunt documenta. Ita multis argumentis conuincitur Homero nota & ab eo commemorata fuisse disertè, quæ effanda essent, alia eum tacuisse, aut cum essent nimis manifesta, impositis alijs appellationibus extulisse. Mirari autem oportet Aegyptios ac Syros, contra quos iam nunc dicemus, quod non intelligunt Homerum ea dicentem quæ in ipsorum sunt patria, & ignorantem ei obijciunt, cuius ipsos culpam sustinere ostendemus. Omnino autem præterire aliquid, non est certum ignorantis indicium. nam neque Euripi conuersiones Homerus, neque Thermopylas, neque alia multa apud Græcos nota commemorauit, quæ tamen non ignoraret. imò etiã commemorat, sed non apparet hoc ijs qui ultrò surdi esse uolunt, ideoque ipsi sunt culpandi. Sanè poeta fluuios appellat ab Ioue delapsos: non torrentes modò, sed omnes in uniuersum, quod omnes imbris implentur. Sed quod commune est, id ob excellentiam unius alicuius sit peculiare. Nam alio modo quis intelligeret torrentem ab Ioue delapsum, aliter perennem fluuium. hic uerò excessus quodammodo duplicatur. Et sicuti quædam sunt hyperbolarum hyperbolæ, ut cum dicimus aliquid 27 suberis umbra esse leuius, aut Phrygio aliquem lepore timidior, aut possidere fundum epistola Laconica minorem: ita quod Nilus ista appellatione afficitur, in eo excellentiæ excessus concurrat. Nam torrens amplius quam reliqua flumina augetur, & labitur pluuijs aquis: Nilus ipsos torrentes eo ipso superat, tanta copia aquæ tam longo turgens tempore. Itaque cum hoc fluuij accidens poetæ notum fuerit, sicut contra aliorum opinionem docuimus, & ei attribuit ab Ioue fluentis epitheton, aliter id quam exposuimus accipiendum non est. Quod autem Nilus pluribus ostijs in mare effluit, id ei cum alijs pluribus est commune fluminibus: ideoque id mentione dignum, præsertim apud scientes, Homerus non putauit: sicut ne Alcæus quidem, tamen si in Aegyptum se uenisse dicat. Aggestionibus autem & ex adscensionibus intelligi possunt, & ex ijs quæ de Pharo narrat. Ea enim eius narratio, aut communis potius fama, tunc diurnæ nauigationis spacio Pharum à continente fuisse distat, tanto mendacio diuulgata haud dubiè non erat: sed de istis ascensionibus & aggestionibus uulgarijs quædam inaudiuisse eum credibile est. unde Homerus ratiocinatus insulâ sub Menelai aduentum longius quam suo tempore à continente abfuisse, de suo multis partibus ueritatem excedens interuallum addidit, ut fabulosè rem narraret. At fabulæ non ignorantis causa finguntur. quod uel ex eo deprehendere possis, quod duæ de Proteo, de Pygmæis, de efficacitate uenenorum & alia id genus poetæ fingunt, non ob ignorantem locorum ea comminiscuntur, sed delectandi causa. Quomodo ergo Pharum aquæ expertem, aqua præditam dicit?

Commodus est in ea portus, unde in mare naues
Propellunt celeres lymphis nigricantibus haustis.

Odyssea 356

b 4 Nimi-

de Menelai pe-
grinatione.
Odysf. A. 81.

Nimirum neq; hoc fieri nequit, ut puteum aqua deficit, neq; ex ipsa insula aquam peti af-
firmat, sed imponi tantum in naues ob portus commoditatē. & licebit ex opposita continē-
te aquam haurire, quod quodammodo uidetur falsus esse poëta, his innuēs uerbis, quod
insulam mari cinctam dicit non uerē, sed excessus & fabulandi causa. Quoniam autem
ea quæ de Menelai peregrinatione disseruit, uidentur confirmare locorum istorum igno-
rationem, fortassis præstiterit nos quæ in uersibus istis queruntur prius exponere, itaq; si-
mul & distinctius illa explicare, & poëtā clariūs defendere. Menelaus ergo Thelemachum
regiæ ornatum admirantem sic alloquitur.

Multa etenim passus, & per loca multa uagatus
Has ego opes octauo adduxi nauib. anno:
Cyprum, Phœnicemq; per Aegyptumq; uagatus
Aethiopes adij, tum Sidonios & Erembos,
Et Libyam.—

Quærent autem ad quos Aethiopes uenerit cum ex Aegypto nauigaret. neq; enim in
nostro mari habitant aliqui Aethiopes, neq; nauib. per catarractas Nili potuit uehi. Tum
qui Sidonij non enim intelligi potest de ijs q; sunt in Phœnicia: neq; em genere posito, spe-
ciem intulisset. Item qui fuerint Erembi. nam hoc nomen est nouum. Proinde Aristonicus
nostræ ætatis Grammaticus in ijs quæ de erroribus Menelai commentatus est, multorum
de singulis propositis quæstionib. sententias perscripsit. nobis satis erit compedio referre.
Itaq; eorum, qui nauigasse Menelaum in Aethiopiam confirmant, alij circumnauigasse
eum per Gades usq; ad Indiam dicunt, tēpus etiam peregrinationi accommodantes, quod
octauo anno se rediisse dicit. alij per isthmum qui est ad Arabicum sinum: alij per aliquam
fossarum. Sed neq; circumnauigatio quam Crates introducit, necessaria est: non q; im-
possibilis sit, (nam ne Vlissis quidem errores impossibiles sunt) sed quia neq; ad mathema-
ticorum positiones congruunt, neq; ad tempus errorum. Nam & inuito mora sunt inie-
ctæ, estq; difficultate nauigandi detentus: 28 sicut ipse dicit de LX nauibus quinq; tan-
tum Menelao fuisse relictas: & sponte etiam moras traxit pecuniæ colligendæ causa. sic
enim Nestor.

Odysf. γ. 301.

Sic tunc multa suis cum nauib. ille uagatus
Ingentes cumulauit opes, aurumq; coegit, nimirum
Cyprum, Phœnicemq; per Aegyptumq; uagatus.

Eratosthenis
error.

Et nauigatio per isthmū seu fossam si ab ipso poëta fuisset commemorata, acciperet ut
fabula: cum autem à poëta non dicatur, ociose & contra fidē ueri introducit. Contra fidē di-
co, quod ante bellū Troianū nulla fuit fossa: & Sesostrum qui conatus fuit isthmum perfo-
dere, destitisse ab incepto ferunt, cum maris superficiem esse sublimiorem suspicaretur. At-
qui ne isthmus quidem nauigabilis fuit: & Eratosthenes id non rectē coniectura colligit.
censet enim nōdum fuisse terram apud Herculis columnas perruptā, itaq; apud isthmum
hunc mare externū cum mediterraneo coiuisse cumq; altius istmo esset, eum intexisse:
postmodo cum apud Gades mare internum erupisset, subsedisse id, ac terrā iuxta Casium,
Pelusium, usq; ad rubrum mare detexisse. At qua historia confirmabitur, rupturam illam
Troiano esse bello posteriorem: An Homerus simul & Vlissēm eā in Oceanum euectum
scribit, ut ruptura ista iam tum facta: & ex Aegypto naues Menelai in rubrum mare depor-
tat, ut ruptura ista nondum existent e? Quin & Proteū inducit poëta, sic Menelao dicentē:

Odysf. δ. 563.

Sed te, quā terræ postremus terminus extat,
Elysium ad campum cœlestia numina mittent.

Et qualis sit locus, nempe ultimus uersus occidentem, Zephyri adiecta mentio decla-
rat.— semper leuis aura Fauoni

Spirat ab Oceano.— Hæc enim sunt plena obscurarum quæstionū. Quod si aliquan-
do mari rectum isthmum illum nouerat Homerus, quanto facilius credemus Aethiopes
bisariam diuisos fuisse, tãto freto disiunctos? Quæritur & hoc, quid opum potuerit ab ex-
terioribus, & ad Oceanum habitantibus Aethiopibus consequi Vlisses. miratur enim Te-
lemachus multitudinem ornamento rum regiæ, quæ erant

Ibid. 37.

Ex ebore, electroq; auro, argentoq; parata.

atqui

atqui horum nullius, præter ebur, copia est apud Aethiopes, plerisque pauperrimos, & incertis uagantes sedibus. Verum hoc est melius. Sed proxima erat Arabia, & regiones ad Indiam usque de his sola omnium Arabia uocatur felix, India quanquam hoc nomine non afficitur, tamen creditur & perhibetur esse felicissima. Indiam quidem non norat Homerus: erat enim facturus alioqui mentionem. Arabia, quam nunc uocant felicem, illis temporibus diues non erat, sed inops, & urbs ab habitantibus in tabernaculis colebat hominibus: quæ aromata fert unde nomen regioni, quod aromatum merces in nostris regionibus rara est & in precio, exigua est regio. Ac nostra quidem ætate Arabes copia rerum & diuitijs abundant, quia assidua est & copiosa negociatio: tunc autem ita eos habuisse, probabile non est. Iam quoad ipsa attinet aromata, mercator sane & camelum agens copiam aliquam poterat huiusmodi mercium comportare. Menelaus autem opus erat spolijs, aut donis regum ac principum, qui & haberent quod largirentur, & darent ob splendorem ac gloriam eius. Enimvero Aegyptij, ijsque propinqui Aethiopes & Arabes, neque omnino inopes erant, neque nulla ad eos de Atreidis fama peruenerat, maxime bello ab ijs Troiano confecto: itaque sperare Menelaus ab ijs munera poterat. Sic etiam de thorace Agamemnonis scribitur

Quem Cinyra hospitij pignus donauerat olim

In Cypro magni de fama factus Atreidae

Certior. —

Iliad. 2. 201.

Proinde maius peregrinationis tempus consumsisse Menelaum dicemus in Phœnicia, Syria, Aegypto, Africa, & locis Cypro uicinis, omninoque apud oram nostram maritimam insulasque. nam inde & hospitalia munera, & præda ac ui extorta dona maxime ab ijs qui opem Troianis tulerant, consequi poterat. ad Oceanum habitantes longeque disiti barbari talem spem ei nullam ostendebant. dicitur ergo in Aethiopiam uenisse Menelaum, non tantum usque ad terminos eius qui attingunt Aegyptum. Fortassis enim ea tempestate fines propius Thebas erant. sed & hodie propinqui sunt ad Syenem & Philas, quarum illa Aegypti est, hæ communis Aethiopum Aegyptiorumque habitatio. Qui ergo Thebas peruenit, etsi usque ad fines, uel etiam ultra eos peruenit, hospitio usus Aethiopum ipsiusque adeo regis, non absurde dicitur in Aethiopiam uenisse. Sic etiam in terram Cyclopum se dicit uenisse Ulixis, à mari usque ad speluncam progressus quam in extremo sitam fuisse ait. In Aeoliam quoque, & ad Laestrygonas, & alia in loca, ad quæ aliquando appulit, se uenisse perhibet. Hoc igitur modo etiam Menelaus in Aethiopia uenit, & in Africam quoque, ubi quibusdam locis naues applicuit: unde etiam portus qui ad Ardaniam est supra Paræonium, Menelaus nominatur. Quod autem Phœnicia appellata, Sidonios etiam nominat, principem scilicet Phœniciæ urbem, 29 figura utitur sibi familiari, ut

Odyss. 17. 166.
Odyss. 182.
Odyss. 1. initio.
Odyss. 81.

Ad classem Teucros adduxit, Hectora sacrum

Et,

Iam tum magnanimus cum natis clauserat Oeneus

Extremam uite lucem & flauo Meleagro. rursus.

Idam peruenere & Gargaron. — &

Nec non Euboeæ cultores. —

Ciues Chalcidis, Eretriæque — Sic etiam

Sappho.

Seu te Cyprus habet, seu Paphus, aut Panormus.

Quanquam fuit etiam aliud quippiam quod fecit, ut quanquam Phœniciæ iam commemorata, tamen seorsim Sidonem nominaret: quod nonnulli quaerunt. Nam ad reliquas deinceps gentes referendas, satis erat dixisse.

Cyprum, Phœnicemque, per Aegyptumque uagatus

Aethiopes adi.

sed ut ostenderet se etiam aliquandiu apud Sidontos fuisse peregrinatum, hoc ipsum indicat laude rerum secundarum quæ sunt apud ipsos, & artis præstantiæ: quam præclarum erat uel in memoriam redigere, uel obseruare eo, quod Helena cum Alexandro iam ante eorum usa erat hominum hospitio. Itaque & apud Alexandrum multa eorum opera recondita dicuntur:

Hic inerant uarij pepli, muliebria texta:

Iliad. 2. 289.

Sidonias

Sidonias namq; ipse Paris per cœrula secum
Duxerat Iliacam famosa Sidone ad urbem,
Tyndarida adducens Helenam. —

& apud Menelaum, qui ita Telemachum alloquitur

Odys. o. 114.

Crateram tibi donabo, mira arte paratam
Argento ex solido, labia undiq; circuit aurum,
Muler hanc fecit dono mihi splendidus heros
Olim rex Sidonum, redeuntem tempore quo me
Hospitio excepit, dederat. —

Intelligendum est autem hyperbolicè uocari opus Vulcani, sicut præstantia opera Mi-
neruæ, Gratijs, & Musis adscribuntur. Nam egregios artifices fuisse Sidonios, ostendit
craterem laudans, quem pro redimendo Lycaone dederat Euneus:

Iliad. l. 743.

— alijs longe præstantior ille

Omnibus, hunc etenim subtilis laudibus artis

Illustres Sidones docto fecere labore,

Nauibus aduexere suis Pœni. —

Eremiti qui.

Iam de Erebis multa sunt dicta. Omnium autem hi uero similima, qui Arabes significa-
ri putant. Et Zeno quidem noster ita scribit Homericum uersum.

Aethiopes adij, tum Sidonias, Arabesq;

Sed scripturam mutare, cum sit uetusta, non est necesse: culpanda potius nominis mu-
tatio, quæ frequens est & usitata omnibus gentibus, & uidentur quidam litterarum muta-
tionibus temerarijs eam efficere. Optimè omnium existimo Posidonium hîc quoq; à gen-
tium cognatione & communitate interpretationem uocum ducere. Nam Armeniorum,
Syrorum, & Arabum multū cognationis p se ferūt nationes sermone, uita, corporum for-
ma, maxime ubi degunt in uicinia. idq; ostendit Mesopotamia ex tribus his cōflata popu-
lis, maxime enim in his similitudo est illustris: quod si quæ est uarietas pro eo atque aliæ par-
tes alijs magis ad septentrionem aut meridiem uergunt aut in medio sunt sitæ: nihilomi-
nus tamen communis affectio obtinet. Assyrijs quoq;, Ariani, & Armenij inter se atq; isto-
rum sunt asimiles. Estq; colligendum, harum gentium nomina esse affinia: qui enim à no-
bis Syri, hab ipsi Syris Aramaei dicunt. hisq; conueniunt Armenij, & Arabes, & Eremiti:
sic enim fortasse ueteres Græci uocabant Arabes. nam pleriq; inde ducunt nominis ratio-
nem, quod terram subirēt, quod est eran embæsen, & posteriores aptiore uocabulo Tro-
glodytas, quod est qui cauernas intrent, appellant. sunt autem ij Arabes, qui ad alterum la-
tus sinus Arabici uergūt, quod est ad Aegyptum & Aethiopiam. Horū meminisse poë-
tam probabile est, & dixisse, ad eos Menelaum peruenisse, quomodo etiam ad Aethiopes:
(nam hi quoq; Thebaidi sunt uicini.) non negotiationis aut quæst? causa nominatos, qui
multus esse non potuit, sed ob longitudinem peregrinationis, & gloriationem. Est enim
gloriosum tam procul à patria recessisse. atq; eius modi sunt & hæc:

Vliss. initio.

Vliss. d. 81.

Multorum ille hominum mentes cognouit & urbes. &

Multa etenim perpessus ego hæc, multumq; uagatus

Adduxi. — Porro Hesiodus in catalogo sic scribit.

30

30 Atq; Arabis natam, diuū quam nuncijs olim
Progeniuit: Thronie quoq; regis filia Beli.

Itaque etiam Stesichorus loquitur. Vnde coniecturam facere licet, huic etiam Arabiæ
nomen inditum fuisse, quod Heroum ætate nondum extiterit. Qui autem fingunt Erem-
bos esse Aethiopicam quandam peculiarem gentem, aliamq; Cephanum, & tertiam Py-
gmeorum, aliq; innumera, ij eo minus fidei merentur, quod præterquam quod incredi-
bilia proferunt, etiam historiæ formam cum fabulæ confundunt specie. Similes eorum
sunt, qui Sidonios in Persico mari ponunt, aut alicubi in Oceano, itemq; Phœnices;
ac qui Menelaum in Oceanum euectum fingunt. Causa cur ijs non credi debeat non le-
uissima est, quod inuicem contraria dicunt. Alij enim Sidonios & Phœnices nostros, co-
lonos eorum referūt, qui in Oceano habitant, addētes eos Phœnices à puniceo colore uo-
cari quod mare sit rubrum: alij illos nostrorum colonos esse uolunt. neq; desunt qui Ae-
thiopiam

thiopiam in nostram Phoenicen transferunt, & quæ de Andromeda narrantur, apud Iop-
pen euenisse tradunt: quæ sanè non ob ignorationem locorum dicantur, sed tabulæ po-
tius prætextu. Sicut & apud Hesiodum sunt & alios talia: quæ Apollodorus proferens, ne-
scit quomodo eacum Homericis cõponat. Nam de Põto & Aegypto ab Homero scripta
proferens, in scitiâ eum culpat, qui uoluerit quidam uera dicere, sed ignoracione lapsus
falsa pro ueris dixerit. At enim Hesiodo nemo ignoracionem obiecerit, semicanes nomi-
nanti, & Longicipites, & Pygmaeos: nam hæ fabulæ, ut est Pygmaeorum Homero quoq;
uicio non dantur: neque 31 Alemanni latipedes, neque Aeschilo canicipites & pectoro
culatos, & unoculos. quando ne prorsus quidem oratione scribentibus animum aduer-
timus multa narrantibus sub historiæ specie, nisi fateantur se fabulas scribere. statim enim
apparet eos tabulas admiscere non ob uerorum ignoracionem, sed delectacionis causa,
monstra & alia quæ esse non possunt fingentes. uidentur autem uel maxime ignoratio-
ne ducti de obscuris & ignotis tam probabilliter fabulari. Theopompus quidem di-
cit se in historiâ fabulas narraturum rectius quàm fecerint Herodotus, Ctesias,
Hellanicus, & Indicarum rerum scriptores. Caterum de Oceani accidentibus dictum est
sanè sub fabulæ habitu: id enim sectari poetam decuit. Nam ab affluxu & refluxu figmen-
tum Charybdis reperit, quæ ne ipsa quidem omnino est Homeri commentum, sed ex ijs
adornata, quæ de freto Siculo narrant. Cum autem bis singulis diebus naturalibus ista e-
ueniant, Homerus ter fieri dixit.

Terq; die allidit fluctus, totiesq; resorbet.

Id quoq; potest excusari. Non enim ignoracione historiæ dictum suspicari debes, sed
tragicæ amplificationis causa, & metus incutiendi. nam Circe in sua oratione multum ter-
roris addit auerrendi causa: itaque mendacium etiam admiscet. sic enim ipsæ in uer-
bis Circe.

Terq; die allidit fluctus, totiesq; resorbet

Horrendum: caue sis ibi tu sorbente Charybdis,

Nam neq; Neptunus posset tibi ferre salutem.

Atqui & interfuit Vlisses isti resorptioni, & euasit: ut ipse ait.

Illa quidem canas rursus sorpsit maris undas.

Ast ego proceræ summa amplexus caprifici

Sublimis, ramo ceu noctua, prorsus adhaesi.

deinde præstolatus tabulas naufragij, easq; rursus arripens, euasit. Mentita est ergo Cir-
ce ut hic, ita in eo etiam, quod ter dixit fieri id quod bis tantum fiebat. præsertim cum etiam
usitata sit admodum hæc hyperbola, cum ter beatos, ter miseros dicant: & Homerus ipse

— Argui terq; quaterq; beati. &

Crata, ter exoptata — &

Terq; quaterq; —.

Ex ipso sanè loco collegerit aliquis Homerum ueritatem sub involucro significasse.
Nam reciprocationem fluctuum bis tantum in diem accidisse magis quadrat ad id, quod
tanto tempore sub aquis morata sunt naufragij frustra, & sero electa Vlisse ea desiderante,
& continenter ramis adhærente.

Vi tenui summa, dum malus, dumq; carina

Infano pelagi rursus euomerentur ab æstu

Quæ mihi sera tamen uotis persæpe petita

Tempore sunt oblata illo, quo sole cadente

Iam disceptatis multorum litibus ades

Ad proprias cœnamq; foro solet ire relicto

Iudex: tum mihi ligna graui emersere Charybdi.

Hæc omnia ostendunt non exiguum tempus significari: maxime quod uesperam inten-
di iam cepisse ait, neq; simpliciter dicit. Quando iudex surgit, sed addit, disceptatis litibus
multis, ut moratum aliquantum intelligas. Alioquin etiam p̄babilis parum futura erat
narratio de euitato naufragio, si ante quâ longe natalis, rursus refluxu undarum esset re-
trò auulsus. Caterum Apollodorus, Eratosthenem defendens, Callimachum repræhen-

Apollodorus
dit, refutatur.

Odyss. u. 105.

Ibid. 432.

Odyss. t. 306.

Iliad. l. 488.

Iliad. γ. 363.

Odyss. u. 437.

Demetrius Sce-
psius refellitur.

dit, quod tamen si grammaticus esset, tamen & contra Homeri institutum, & locorum in Oceano ab hoc expositorum ad quæ Uliſſes perueniret, Caunum is ac Corcyram nominaverit. Quod si Uliſſes omnino uagatus non est, sed tota res ab Homero conficta, meritò reprehendit hominem. aut si ille uagatus est, sed ad alia loca delatus: ea loca statim commemoranda erant, errorq; corrigendus. Nunc neque probabiliter dici possit rem totam esse commentitiam, neque maiori fide alia loca commemorantur, liberandus sanè hoc crimine est Callimachus. Non rectè etiam Demetrius Scepsius, sed & errorum quorundam causam Apollodoro is præbuit. Nā contra Neanthē Cyzicenum maiore cōtentione disputans, qui dixerat Argonautas cum nauigarēt ad Phasin, quæ sit ab Homero & alijs testibus 32 cōfirmata nauigatio, Idææ matris templa quæ sunt circa Cyzicum fundauisse: omnino de Iasonis peregrinatione ad Phasin Homero nihil quicquam fuisse cognitū ait. Id uerò non Homeri modo, sed ipsius quoque Demetrii dictis repugnat. ait enim Achillem Lesbum & alia loca populatum, à Lemno & uicinis insulis abstinuisse ob cognationem cum Iasone & Euneo eius filio qui tunc Lemnum tenebat. Quomodo ergo poëta sciebat Achillem & Iasonem siue cognatos siue gentiles siue uicinos siue quocunq; tandem modo familiares fuisse (quod aliunde fieri non potuit, nisi quod uterq; Theſſalus fuit, alter Iolcius, alter ex Achaia Phthiotide.) illud uerò ignorabat, unde Iasoni contigisset Iolcio ut cū domi nullā reliquisset posteritatem, filius eius Lemnū obtineret: Scilicet Peliam Homerus narrat, & eius filias, earumq; præstantissimam Alceſtidem, & filium eius Eumelum,

Iliad. β. 714.

Natarum Pelia quem præstantissima forma

Alceſtis tulit Admeto præclara marito.

Iasonis expectatio.

Quæ autem Iasoni euenissent & Argo navi ac Argonautis, & ab omnibus pro confectis habentur, de ijs nihil acceperat: sed nauigationem ab Aeta in Oceano cōfinxerat, nullo ex historia petito principio. Omnium quidem sermone antiqua illa ad Phasin nauigatio uerisimilis est, Pelia mittente, & reditus, & inter nauigandum quarundam occupatio insularum: Et me hercle errores uagi, qualib. Uliſſes etiam & Menelaus sunt acti, cū Homeri uoce, tum ijs quæ hodieq; demonstrant, fidem inueniunt. Nam & Aea urbs ad Phasin ostenditur, & Aetam Colchidis regem fuisse pro certo habetur, idq; nomen ea in regione usitatè geritur, & Medæ ueneficæ historia extat, & diuitiæ istarum regionum ex auri, argenti, ferriq; metallis iustam eius expeditionis causam ostendūt, quæ etiam Phrixum antè ad eandem impulerat nauigationem. Extantq; utriusq; nauigationis monumenta, Phrixū in confinio Colchidis & Iberiæ, & Iasonia passim in Armenia. Media & finitimis locis. Quin & circa Sinopen eiusq; oram maritimam, Propontidem, Hellespontum usq; ad Lemnum, multa perhibentur Iasonis & Phrixi expeditionum indicia. tum Iasonis & insequentium eum Colchorum, usq; ad Cretam, & Italiam atq; Adriam, quorum nonnulla Callimachus notauit, ut.

33

33 Aegleten Anaphenq; tibi Spartana propinquam

Thera abiit linquens, & — orsus

Heroum quo pacto Aetam turba Cyteum

Linquens ad priscam nauiget Harmoniam. & de Colchis

Secesum maris Illyrici simul ac tetigerunt,

Finem remigio mox statuere suo.

Harmonie dirumq; ubi serpentem induit olim,

Ad lauam sedes constituere sibi:

Atq; urbem fecere, suo quæ nomine fertur

Astyron, ac proprias composuere domos.

Nomen ab exulibus Græco sermone notat,

Ast illam dicit Colchica lingua Polas.

Quidam etiam bonam Istri partem aduerso flumine subiectos Iasonem cum suis autumant. nonnulli usque ad Adriam. alij ignoratione locorum decepti, alij Istrum quendam fluxum è magno illo ortum Istro in mare Adriaticum exire aiunt. alia non absurda aut à fide ueri aliena dicentes. Huiusmodi ergo occasionibus usus poëta in quibusdam cum historia consentit, quædam etiam affingit, morem seruans & communem & suum. Cum historia

floria consentit, quando Aetam nominat, & Iasonem, & Argo, & 34 occasione Acete fin-
git, & in Lemno Euneum collocat, eamq; insulam Achilli amicam facit, & imitatione Me-
deæ, Circem ueneficam facit

Aetæ immāni præstantis mente sororem.

Affingit autem egressum in Oceanum, qui euenerit in illa peregrinatione. Sed & hoc *Odyss. u. 137.*
istis positus bene dicitur:

Quæ magni cunctis facta est mortalibus Argo.

Odyss. u. 70.

quod nimirum nauigatio illa fuit in locis nobilib. & ubi præstantes incolerent. Si uerò
quod Scephius uult teste Mimnermo usus, in Oceano habitauit Aetas exteriore uersus o-
rientē, eoq; missus est à Pelia Iason ad uellus adferendum: profecto neq; uerisimilis est illa
uelleris causa missio ad ignota & obscura loca: neq; nauigatio p̄ desertā & incultā tamq; à
nobis procul remota uel gloriosa potuit esse, uel cuius oēs haberent homines rationem.

Nec rutilum ex Aea portans satus Aesone uellus,

Difficile undosum per mare merfus iter,

Iniusti iussu Pelia certamen obiuit,

Præmiaq; ærumnis parta tulit grauius,

Fortis ad Oceani peruenit pulchra fluenta.

ac deinde.

Aetæ muros: celeres Hyperionis illic

Auratis recubant in thalamis radij

Litus ad Oceani, quā diuus uectus Iason.

Id quoq; non recte Eratosthenes, quod crebram facit hominum memoria indignorum
mentionem, modò reprehendens, modò eorum utens testimonijs, ut Damastē & alijs si- *Alia Eratosthe-
nis reprehensio.*
milibus. Nam etsi aliquid ij ueri dicunt, tamen ijs id testibus comprobandum, aut pro-
pter ipsos credendum non est. hoc modo tantum autoritate præditis uiris utendum, qui
multa recte tradiderunt, multa etiam omiserunt, aut non satis explicarunt, neq; menda-
cijs deprauarunt. Is autem Damasten produciens testem, nihil ab eo differt, qui testem ci-
tat Bergæum aut Messenium Euemerum aliosq; quos ipse nominat eorum traducens fu-
tilitatem. Atque de eorum nugis unum ipse exemplum refert, quod quidam eorū sinum
Arabicum existimauerit esse paludem. Item, Diotimum Strombichi F. ducem legatio-
nis Atheniensium è Cilicia aduerso fluuio Cydno in Choaspin fluuium nauigasse qui Su-
sa alluit, ac xl dierum spacio Susa peruenisse. idq; ipsum sibi narrasse Diotimum. Dein-
de mirari se ait, si Cydnuſ Euphraten ac Tigrin potuit subterlabi, & in Choaspin exire.
Non hæc tantum notari possunt, sed id quoque, quod ne sua quidem ætate satis constare
ait noticiam eorum locorum, de quibus singulis accuratè est traditum: subensq; nō faci-
le quibusuis credere, eiusq; sententiæ prolixè rationes reddēs, post dicit de Ponto & Adria
se proximo cuique credidisse. Itaq; ergo Isonicum sinum nostrorum marium omnium ma-
ximè uersus orientem situm credidit: cum quod est ad Dioscuriadem in imo Ponti se-
cessu situm mare, ferè tribus stadiorum millibus sit orienti uicinius, uel ex ab ipso tradi-
ta stadiorum dimensione. Adriæq; partes septentrionales & extremas enarrans, nihil fa-
bularum prætermittat. Multis quoque fabulosis de ijs quæ sint extra columnas Herculis
fidem adhibuit, Cernam insulam nominans aliaq; loca, quæ hodie nullibi extant, quæ
& postea commemorabimus. Cumq; dixisset priscos nauigasse & prædatum & merca- *Priscos nau-
gationes quales.*
tum, non ut in altum eueherentur, sed tantum litus legeret, ut & Iaso, qui relictis nau-
bus terra expeditionem è Colchis in Armeniam & Mediam usque fecerit: postea inquit,
antiquitus, neque Euxinum mare, neque iuxta Africam, aut Syriam, aut Ciliciam quen-
quam nauigare ausum. Qui si per priscos intelligit eos qui ante nostram fuerunt memo-
riam, nihil me attinet de ijs dicere nauigarint ne an nō nauigarint. Sin de ijs loquitur, quo-
rum ad nos perlata est memoria, equidē nihil uerear dicere antiquos longiora terra ma-
riq; confecisse itinera quàm posteros: siquidem historijs fides adhibenda est. Perhibentur
enim Bacchus, Hercules, & ipse Iason. tum ab Homero cōmemorati Uliſſes & Menela-
us. Theſeū quoq; & Perithoum probabile est propterea quod longinquas fecerint expe-
ditiones, hanc de se opinionem in animis hominum reliquiſſe, quod ad inferos descende-
rint:

rint: eademq; de causa Castores maris esse procuratores dictos, ac nauigantiū seruatores. uulgatū est etiā sermonib. Minois in mare imperiū, & Phœnicū nauigatio, q; etiā extra columnas Herculis pgressi sunt, ibiq; & in media Africæ ora maritima urbes cōdiderūt paulo pōst Troiani belli tēpora. Aeneā q; Antenorē, & Hēnetos, atq; in uniuersū eos q; a bello Troiano p totū orbē terrarū dispersi uagatiq; sunt, æquum est inter priscos recenferi. Vsuuenit. n. istius belli tēpore cū Græcis tū barbaris, ut & q; domi possidebāt amitterent, & q; bello adepti essent. itaq; euerso Ilío & uictores ob inopiā predationib. sese dederunt, & multo magis uicti, q; illi bello fuissent superstitēs. Atq; adeo urbes ab his plurimæ feruntur conditæ p omnē q; extra Græciam est orā maritimā, & aliq; etiā mediterraneæ. Deinde Eratosthenes, postquā disseruit quantū sit pfectum in terræ habitatē cognitione eorū ætate q; post Alexandrū fuerunt, suorumq; adeo æqualiū, transit ad disputatiōē figuræ terræ, non habitatē, q; magis pertinebat ad eius explicationē, sed uniuersę terræ. Oportebat quidē huius q; mentionē facere, sed non confusē. Postq; ergo dixit totā terrā esse globi forma, non ut torno facti, sed q; habeat quasdā inæqualitates: infert multitudinē singularū mutationū q; formæ eius accidunt ab aqua, igne, cōcussionibus, exhalationibus, alijsq; similibus, ne hīc quidē obseruato ordine. Vniuersi quippe dispositio efficit ut terra tota globi sit forma. huiusmodi autem mutationes figuræ totius terræ qualitatem non mutant, cū in magnis tam exigua ad nihilū redigātur. tñ istę mutationes in habitata terra aliquam efficiunt uarietatem, habentq; alias atque alias proximas causas. Id autem ait maximē quæstionem mouere, quo modo in mediterraneis à mari ad duo uel tria stadiorum millia disitis inueniatur multis locis cōcharum ostreorumq; chera midum multitudo, tum lacuum maris aqua plenorum. sicuti ait circa Ammonis tēplum & iter quod ad illud ducit, lōgum tria stadiorum millia, multum esse ostreorum diffusum, salisq; etiamnum inueniri multū, & maris in altū reijci exsufflationes: ibidemq; in mari fractarum nauium ostendi frustra, quæ per hiatus ferantur esse eiecta: & in columnulis esse positos delphinas cum hac inscriptione, Cyrenæorum ad solenne spectaculum missorum. His dictis, Stratonis physici laudat sententiam, & Xanthi Lydi. Xanthus dixerat, Artaxerxis ætate ingentem fuisse siccitatem, adeo ut defecerint paludes, flumina, & putei. uidisse autem se palsim procul à mari lapides conchylj formam referentes aut pectinum aut cheramidum effigies, tum marinum lacum in Armenia & Mattienis, inq; Phrygia inferiori. itaq; sibi persuasum esse campos istos aliquando fuisse mare. Strato autem ad causæ explicationem magis accedens, existimare se ait Euxinum mare caruisse aliquando exitu qui est ad Byzantium: sed flumina quæ in id effunduntur, uicū aperuisse, ita p aquam in Propontidem & Hellespontum erupisse. Idem nostro quoq; mari accidisse, nam in eo quoq; apud colūnas fretum perrupisse, mari à fluminibus repleto. ea p effusione aquæ de recta esse loca prius palustria. Causam autem affert, primū quod externi maris aliud est solum quā interni: deinde quod etiamnum terra quadā fasciæ instar in longum porre ctasub maribus Europa in Africam protenditur. quod nimirum prius mare externum atque internum fuerint unum. Pontum porro esse omnium minimē altum, profundissima Creticum, Siculum, Sarduūq; maria. cū enim maximī ac plurimī fluuij à septentrione & ortu fluant, Pōtum coeno impleri, cetera autem maria manere profunda. ideoq; dulcissimam esse Ponti aquā, fieriq; effluxus ijs locis, ubi inclinatur fundus. putatq; fore, ut si huiusmodi affluxus fluijorum perduret, aliquādo totus Pontus aggere oppleat. terrę. nā iā nunc in paludē cōuersam esse sinistram Ponti partē, ubi est Salmydessus, & q; Stethe, id est pectora, a nautis uocantur circa Istrum & Scytharum desertum. Fortassis etiam Ammonis tēplum, aliquando in mari iacuisse, quod nūc maris effluxu facto sit in media terræ: ac cōnectere se oraculum illud optima ratione tam illustre ac celebre factū esse, quod in mari esset sitū; neq; eius gloriā probabile esse tantam potuisse existere, quanta nunc est, si tā longē fuisset à mari disitum. Sed & Aegyptum priscis temporib. mari fuisse inundatam usq; ad paludes quæ sunt apud Pelusium, & ad Casium montem, ac Serbonidem lacum. nam etiamnum quando falsugo in Aegypto effoditur, fossas arenosas & conchyljs repletas inueniri in ipsa regione mari olim tecta, & locis quæ circa Casium sunt & terra palude oppletis ac ea cum rubro mari connexis: pōst mari recedente ea fuisse detecta loca, & mansisse

Die terræ for-
ma, & de mari.

Ammonis tem-
plum.

Aegyptus.

manfisse lacum Serbonidem: qui ipse postea ita eruperit, ut paludis naturam induerit. simili-
liter etiam ripas lacus Salsi Iltori maris quam fluij esse similiores. Enimuero multas conti-
nentis terrae partes aliquandiu aquis tectas, rursumq; inde reiectas fuisse, concedat alijs:
itemq; terram fundis suis inaequalem esse quoniam aqua integitur, atq; adeo eam etiam quae
supra mare extat & à nobis habitatur, tot obnoxiam quot Eratosthenes dixit mutationi-
bus. Itaq; Xanthi ratio non potest ullo labefactari absurdo. Aduersus Stratonem autem di-
ci potest, quod cum multae sint uere causae, ijs omisis falsam ipse proposuerit. Principem
enim causam esse ait, quod maris interni atq; externi non idem est solum eademq; profun-
ditas. Quod enim hoc attollitur aut subsidit, & uel inundat quaedam loca, uel ab ijs rece-
dit, eius rei causa non est quod alia alijs sola humiliora sunt aut altiora: sed quod idem so-
lum modo attollitur, modo deprimitur, simulq; etiam uel attollitur uel subsidit mare, ita-
que uel exundat, uel in suum redit locum. Si enim Stratonis sententia esset uera, necesse
erat ut subito maris incremento eluuias fieret, ut in aestus exundatione fit, & adscensio-
ne fluminum, ab altera ibi parte aquis allis, hic auctis. Atqui neq; incrementa confertim
& subito accidunt, neque aestus maris eruptiones tantum durant temporis, neque nullo
fiunt ordine, neq; secundum alterum mare fiunt, neq; quibusuis in locis. Restat, ut causam
adscribamus solo siue quod mari subest, siue quod inundat, potius tamen ei quod mari subest.
hoc. n. multo est mobilis, & q; ob humiditatem celerius mutari possit. Spiritus enim, huius-
modi omnium rerum causa, ibi est copiosior. Sed, sicuti dixi, causa horum efficiens accidē-
tium est, quod eadē sola aliās attollitur, aliās subsidit, non q; alia alijs sunt altiora, quod
Strato sumit, putās rem ut in fluminibus, ita etiam in mari habere: nimirum fluxum fieri à
sublimioribus partibus. Aliās maris fluxum qui apud Byzantium sit, non imputasset so-
lo, sublimius esse dicens Euxini solum, quam Propontidis, aut quod proximè sequitur ma-
ris, simul etiā causam addēs: nempe fundum impleri à limo quem illabentia ingerunt flu-
mina, fieriq; breuem, ideoq; aquam extrā pfluere. atq; hanc causam ad uniuersum nostrum
mare externi respectu transfert, quod nimirum hoc quoq; sublimius effecerit solum id quod
Atlantico mari subiaceret: quippe multis impleri fluminibus, ac certa proportionē respōden-
tem consequitur limi subsidentiam. Atqui oportebat hoc pacto influxum maris qui apud
columnas Herculis & Calpen sit similem esse ei qui est apud Byzantium. Verum hoc mis-
sum facio. dicent enim ibi quoq; idem euenire, sed auelli reciprocatōne maris atq; occul-
tari. Hoc autem quaero. Quid impediēbat antequam aperta sunt apud Byzantium maris
fauces, quin fundus Euxini cum esset humilior fundo Propontidis & maris qd deinceps
est, impleretur affluxu fluminū, siue mare id est, siue lacus Meotide maior? Si enim hoc cō-
cedatur, id porro quaeram, an non istius aque, & aquae Propontidis superficies ita erant af-
fectae, ut quamdiu eadem manebant, non cogeretur aqua ad effluxum, cū ex aequo se in-
uicem sustinerent ac premerent superficies: postquam autem interior est facta elatior, ibi
demum iri erupit, atq; quod abundabat euomit: quo factum est, ut exterius cū interno
conflueret mare, eandemq; cum eo superficiem nancisceretur, siue marina fuit eius aqua,
siue lacustris prius, deinde ob mixturā & maris uim superiorem marina. Nam si id quoq;
dabunt, hodie quoq; effluxus nunquam prohibebitur, neq; à superiore solo, neq; ab incli-
nato, q; uoluit Strato. Hae trāsferri possunt & ad totū nostrū mare, & ad externum, ita ut
nō in fundis & exundationib. eorū causam effluxus quaeramus, sed in fluminib. Nam ipso-
rum quoq; sententia id absurdum non est, ne si totum quidem mare nostrum olim lacus
fuit, qui à fluminibus impletus, turgente superficie per angustias apud Calpen eruperit
ueluti per catarractas, ac magis magisq; auctus cum mari successu temporis magis sub-
inde conflueret, & in unam concurreret superficiem, ac qualitate maris praeualente ip-
se quoq; maris naturam induerit. Omnino autem philosophiae naturali consentaneum
non est mare fluijs conferre. cum hi fluxu ferantur decliui, mare stet immobile. Caterum
fretorum inundatio ab alia causa dependet, non ab eo quod 37 ingesto à fluijs cœno fun-
dum pelagi exaggeret. Isti enim aggeres quibus mare excluditur, ad ipsa fiunt fluijorum
ostia: sicut Sterhe quae dicuntur ad Istri ostia, & Salmydessus, adiutrantibus hoc etiam alijs
torrentibus. ad Phasidis exitū maritima Phasidis ora, arenola humilis ac mollis. ad Ther-
modontem & Irin tota Themiscyra, campus Amazonum, & maior pars Sidones. itaque

Strato reprae-
hensus.

etiam alij fluij. Omnes enim Nilum imitantur, continenti adiungendo obiectum ostijs suis fretum, alij magis, alij minus. minus, qui non multum cœni deferunt, magis qui multum, & qui per molles transeunt agros, ac multos excipiunt torrentes. Qualis est etiam Pyramus, qui Ciliciæ magnam adiecit partem. de quo etiam tale editum est oraculum.

Isthæc euenient, uastis quo Pyramus undis

Tempore profuso continget litore Cyprum.

Nauigabilis enim ille ex medijs Cataoniæ campis effunditur, ac delatus per Tauri angustias in Ciliciam, in fretum quod inter hæc & Cyprum est exit. Quod autem terra quæ a fluminibus defertur non uidetur in mare prodire, in causa est quod mare suapte natura refluens eam retrò relidit. Sicut enim animalia continenter spirant atq; expirant, ita & mare eodem modo in seipsum atq; è seipso reciprocum quendam absq; intermissione patitur motum. Itaq; in litore stans aliquis ad alluuiionem maris, sentire eum potest. simul. n.

Maris motus. & aqua teguntur pedes, & nudantur, & rursus teguntur, idq; continenter. Cum fluctuatione quoq; unda fertur, quæ etsi placidissimè ingruat, uim tamen habet quandam maiorem, & omnia aliena in terram reijcit.

Iliad. 17. 7. — multamq; extra mare propulit algam.

Magis quidem hoc fit, flante uento: sed tamen etiam in malacia, & spirantib. à terra uentis. nihilominus enim tum fluctus quasi aduersans uento ad terram fertur, utpote qui proprium maris motum comitetur. Huc pertinet illud quoq;.

Iliad. 11. 425. — extremaq; litora circum

Tollitur incurtus, rorem maris & spuit alti.

Item.

Eructante salo raucam dant litora uocem.

Vnde igitur accessio uim habet quandam, ita ut aliena repellat. Atq; hanc quidem maris quandam appellant purgationem, qua & cadauera & naufragiorum fragmina ad terram egeruntur. Et recessio tantum nō habet uirum, quin cadauer, lignū, aut leuissimum suber in terram fluctus eijciat. sic & uicinorum ei locorum in mare excidere, relictis ab unda. Sic itaq; puuluerem quoq; & aquam cum eo turbatam fluctibus ad terram contingit eijci, adiuuante etiam grauitate, ut celerius deorsum ad terram subsidant, quàm in altū propelli ut possint. uis enim fluij uel modicè ultra ostia progressa desinit. Hac ergo ratione totum mare ingesta terra complanari poterit, facto à litorib. initio, si continentes habeat amnium affluxus: poteritq; id euenire, si Pontum Sardo maris profundiorē ponamus, quod ubi profundissimum est cō ulnarum altitudine præditum inuentum esse mensura, Posidonius perhibet. Sed huiusmodi causæ explicationem fortassis minus aliquis probet. Præstet rationem petere ex ijs quæ manifestiora sunt, & quotidie quodammodo cernuntur. Nam dilugia, terræ motus, eruptiones flatuum, & tumores iubitæ terræ in mari latentis, mare quoque extollunt: subsidentesq; in se eadem terræ, faciunt ut mare demittatur. Non enim massæ quidem, & exiguæ insulæ efferri è mari possunt, magnæ non possunt: aut insulæ possunt, continentes non possunt. & subsidere etiam tam magna quam parua possunt: quando hiatus etiam, absorptæq; habitationes & urbes, ut Bura, Bizonia, aliæq; plures terræ motibus absorptæ feruntur, & Siciliam nihilo magis frustum ab Italia abruptum iudicari potest, quàm uel Aetnæ ignis rursus è profundo proiectam ita cohasisse: itemq; insulas Liparæorum & Pitheculas. Eratosthenes autem adeo uenustus est, ut tamen si mathematicum se profiteatur, tamen Archimedis repudiet sententiam, qui in libro de ijs quæ uehuntur pronunciat omnis humidæ quod consistat ac permaneat superficiem esse sphericā, eiusq; spheræ idem esse quod terræ centrum. quam sententiā approbant omnes qui mathematica attigerunt. At noster mare internum, quanquam sit unicum ipso etiam teste, unica comprehendî circumferentiā negat, aut eadem cum propinquis locis. Atque huius sære inscitie testes laudat architectos, cum architecturā quoq; partem mathematicum esse mathematici dicant. Dicit enim & Demetriū conantem isthmum Peloponnesiacum discindere, ut transitum classibus aperiret, prohibitum fuisse ab architectis, dimensis & renūciantibus mare quod est in sinu Corinthiaco cellius eo esse quod est ad Cenchreas: itaq; si interapedinem horum diuideret, fore ut quidquid est ad Aeginæ traiectum situm, & ipsa adeo Aegina uicinæq; insulæ aquis obuerentur, illaque per isthmum

istum nauigatio esset futura inutilis. Hæc eandem ob causam Euripos quoque esse fluctuosos, maxime Siculum fretum, quod eodem quo Oceanum modo aestibus agitari dicit. bis enim quotidie mutare fluctum, sicut & Oceanus quauis die ac nocte bis exundat atque in se refluit. Exundationem quidem fatendum est, aquis à Tyrrheno mare ad Siculum tanquam à sublimiore superficie delatis fieri: atque hic aestus descendens nominatur. fatendum etiam, eodem eum tempore incipere atque desinere, quo maris affluxus. incipit enim oriente atque occidente Luna, desinit, cum ea ad medium cœli siue supra siue infra terram applicat. itemque refluxus eius freti est, quem contra abeuntem uocant, qui utroque Lunæ ad medium cœli appulsu in ita sicut maris resorbitio, & cessat Luna oriente uel occidente. Caterum de maris hac aestuatione sufficiunt quæ à Posidonio sunt & Athenodoro dicta. De fretorum autem fluxu ac refluxu, cum ipsi quoque magis physicam causam habeant, hoc pro instituto nostro dixisse sufficiet, non unum esse in uniuersum modum exitus fretis omnibus. alioqui non Siculum bis quotidie mutaretur, sicut ipse fieri faterur, Chalcidicum septies, Byzantinum nunquam. id enim solum semper è Pontico mari in Propontidem effluxum habet: & Hipparcho si credimus, aliquando etiam substitit. Neque uero, si omnium esset fretorum eadem ratio, ab hac causa id penderet quam Eratosthenes ponit, nempe quod alia atque alia esset marium quæ utrinque sunt superficies. Nam ne fluminibus quidem hoc accideret, nisi ea haberent catarractas. quæ autem hoc habent, non uicissim refluent, sed ad humiliora identidem loca deferuntur: idque euenit, quia fluxus eorum inclinatus est, & inclinata superficies. Quis autem dixerit pelagi decliue esse superficiem? maxime qui ea supposita sequatur, quibus quatuor elementa spherica esse traduntur. 40 ergo non modo non refluentia, sed ne consistentia quidem aut manentia, cum sit in ijs confluentia, non una autem superficies, sed una celsior alia humilior. Non enim sicut terra habitu suo formæ est solida, ita ut cauernas etiam habeat permanentes, itemque eminentes quasdam partes: ita etiam aqua. Sed ipso suæ grauitatis momento per terram fertur, eamque superficiem nanciscitur, quam ei Archimedes adscribit. Porro ijs quæ de Ammone & Aegypto dicta sunt, addit credere se Casium quoque montem mari fuisse rectum, & omnia ea loca ubi nunc sunt Gerra, in paludibus fuisse contiguis mari rubro, mari autem coeunte esse detecta. Ambiguum uero est quod dicitur ista loca paludibus recta cum rubro mari fuisse contigua. nam contiguum & propinquum significat, & contingere: ut siquidem aquæ fuerunt, intelligantur confluisse inuicem. Atque ego quidem ita accipio, paludes istas dicere eum prope ad mare rubrum accessisse dum adhuc occlusæ fuerunt apud columnas angustie, quibus perruptis, effluxu per eas mare nostrum subsedisse & siccitas esse paludes. At Hipparchus contiguum esse ita intelligit, quasi ob repletionem mare nostrum cum rubro confluxisset: reprehendensque Eratosthenem, quærît aperto per columnas freto si nostrum mare effluerit, cur non simul etiam rubrum mare, quod cum nostro fuerit continuum, effluerit, sed eandem retinuerit superficiem, neque subsederit: cum ipsius quoque Eratosthenis de sententia externum mare totum confluat, itaque & occidentale & rubrum mare unum sint. His dictis hoc concludit, eandem esse altitudinem maris quod est extra columnas rubri, unumque cum altero confluisse. Atqui Eratosthenes negabit se hoc dixisse, mare nostrum cum rubro ob repletionem confluisse, sed tantum prope ad id accessisse: negabit sequi unum & continuum mare eandem habere altitudinem atque superficiem, sicut ne nostrum quidem, atque adeo id quod est apud Lechaum & Cenchreas unica uult contineri superficie. Quod cum ipse annotauerit Hipparchus in disputatione sua contra illum, opinionemque illius habeat cognitam, de suo aliquid opponat potius, non hoc arripiat tanquam in promptu situm, eum qui ait externum mare esse continuum, dare etiam hoc, unicam esse eius superficiem. Præterea falsi arguens inscriptionem delphinorum de theoris Cyrenæis, causam haud probabilem assert: scilicet quo tempore Cyrene sit cœdita, memoriæ esse proditum, oraculum autem illud maritimum aliquando fuisse, à nemine commemorari. Quid enim, si nemo id narrat, sed tamen inter indicia ex quibus locum eum fuisse aliquando maritimum, delphinorum ista dedicatio habetur & de Cyrenæis inscriptio? Concedens porro sursum elato fundo, sursum attolli quoque potuisse mare & aquis obruere locum usque ad oraculum, qui ultra tria stadiorum millia occupat: tamen tantam eleuationem non admittit, quæ Pha-

Aestus maris.

401

Hipparchus reprehenditur.

rum totam & multa Aegypti loca possit obtegere. quasi uero tanta altitudo non sufficiat his quoque obruendis. Dicit deinde, si mare antequam fretum ad columnas perumperet intumuit in tantum, quantum Eratosthenes ait, necessario & totam Africā, & multas Europę Asięque partes fuisse prius inundatas. hisque addit, pontum quoque cum Adria debuisset quibusdam locis confluere, eò quod Ister à Ponticis partibus diuisus in utrumque dictorum marium effluat ob positum locorum. Atqui neque Ponticis est partibus Ister oritur, sed contra à montibus ultra Adriam sitis: neque in utrumque exit mare, sed in solum Pontum: & finditur ad ostia demum sua. Communis autem hic ei cum ætate prioribus nonnullis est error, qui putauerunt esse quendam fluuium Istro cognominem, qui in Adriā exeat ab illo diuisus, ab eoque denominari gentem Istros per quos defluit, eoque Iasonem à Colchis nauigasse. Quo minus autem admiratio istarum mutationum, quas diximus esse diluuiorum causas, dubium reddat, & eorum quæ accidisse diximus Siciliæ, Aeoli insulis, & Pithecusis: alia quoque conferenda his sunt quæ alijs in locis sunt aut fuerunt horum similia. hæc enim exempla confertim ante oculos posita, tollent hæsitacionem: cum alioquin ipsa ueritas stuporem incuriat, sensumque conturbet, ostendatque quam simus naturalium effectuum totiusque uitæ imperiti. Verbi gratia, si quis referat quæ Theræ & Therasiæ euenierunt insulis in freto sitis quod est inter Cretam & Cyrenem, quarum Thera est mater Cyrenes coloniarum ex ea deductarum, tum quæ Aegypto & multis Græciæ partibus. Nam medio inter Theram & Therasiam loco est mari flammæ emicuerunt per dies quatuor, adeo ut totum ferueret atque arderet mare: exque paulatim elatam ueluti instrumentis quibusdam atque è malsis compositam insulam ediderunt, ambitu XII stadiorum. postquam illud incendium cessauit, primi omnium Rhodij tunc maris imperium tenentes ausi sunt ad locum istum nauibus accedere, & fanum Neptuno Asphalio (. quæ uox stabilitorem aut fundatorem indicat.) in ista insula ponere. In Phœnicia scribit Posidonius terræ motu facto, urbem absorptam fuisse supra Sidonem sitam, ipsiusque Sidonis corruisse ferè bellem, non confertim tamen, eoque non magnam hominum cladem accidisse. Id autem mali totam Syriam, mediocriter tamen, peruasit, & attigit insulas quasdam de Cycladibus. Et in Eubœa ita se exeruit, ut fontes Arethusæ, quæ in Chalcide est, obturati fuerint, qui fons multis post diebus alia erupit scaturigine. neque ante desit insula per partes concuti, quam hiatus terræ in Lelanto campo apertus fluuium luti igniti euomuit. Cum autem multi huiusmodi collegerint exempla, nobis sufficienter conuenienter apposita ea, quæ collegit Demetrius Scepsius. Mentionem enim cum fecisset horum uersuum:

Aliquot miracu-
lorum recensio.

Iliad. x. 147.

Ad fontes geminos tumidi uenere Scamandri:

Quorum alter calidam fundit lympham—.

Alterius glaciem calidis aqua solibus æquat

Frigore.—. admirari nos uetat, quod nunc frigida fons manet, calida autem perijt. pro causa enim accipiendam ait calida aquæ elisionem. Præterea commemorat ea quæ à Democle narrantur, terræ nimirum quosdam ingentes motus, qui olim in Lydia fuerunt & Ioniam usque ad Troadem, quibus & pagi sunt absorpti, & Sipylus euerſa regnante Tantalos, & ex paludibus lacus magni facti, Troiamque fluctus inundauit. Pharus quoque Aegyptiam olim mari fuisse circumdatam, quæ nunc est peninsula. sic & Tyrus & Clazomenæ. Nobis autem Alexandræ quæ ad Aegyptum est peregrinantibus, mare circa Pelusium & Casium montem elatum terram inundauit, & montem insulæ in morem ambiuit, ita ut uia à Casio monte in Phœniciam fuerit nauigabilis. Nihil igitur mirabile, si aliquando isthmus qui mare Aegyptium à rubro distinguit ruptus aut subsidens fretum efficiet, facietque ut externum mare cum interno confluat, sicut ad fretum apud Herculis columnas euenit. De his dicta sunt etiam nonnulla operis initio, quæ sunt in unum conferenda, fidesque operum naturæ & aliarum mutationum ijs corroboranda. Piræum quoque olim insulam fuisse & ultra litus Atticę quod Actam uocant situm, inde nomen habere aiunt. Contra, Leucas insula facta est Corinthijs isthmum excindētibz, de hac enim ait Laërtam loqui.

Odyss. vi. 376.

43

Qualis eram, quando munitam Nericon urbem
Litore in Epiri cepi.—.

In his

In his manu hominū diuisiones factæ sunt. Alibi autem aggerationes, aut pontium stru-
cturæ, sicut hodie pons est insulam quæ ante Syracusas iacet cum continēte coniungens:
prius autem agger lecti (.ut ait Ibycus.) lapidis, quem uocat electum. Bura autem & He-
lice, altera hiatu, altera fluctib. est deleta. Circa Methonam porro in sinu Hermionico ter-
ra altitudine septem stadiorum egesta est à flammosa quadam efflacione locusq; is inter-
diu inaccessus est ob calorem & sulfureum odorem: noctu autem benefragrat, proculq;
effulget & calefacit, adeo ut mare ferueat per stadia quinq; turbidum sit usq; ad xx, agger-
que saxorum præruptorum in eo existat turrium magnitudini non cedentium. A Co-
paide etiam lacu Arne absorpta est & Midea, quas in recensione nominauit poeta.

Et qui uitiferam colit Arnem, quicq; Mideam.

Età Bistonide lacu, qui nunc Aphnetis dicitur, uidentur quadam urbes Thracum di-
luctio extinctæ: alij Trerum urbes dicunt, ut qui inter Thraces habitauit. Artemia quoq;
una Echínadum insularum quondam, continēs facta est: idemq; ait accidisse alijs quibus-
dam circa Acheloum insulis, mari aggestu fluminis complanato. reliquas etiam aggere
aggesto continenti adiungi Hesiodus ait. Sunt & Aetolica quedam promontoria, quæ
insulæ fuerunt olim. Mutata est etiam Asteria, quam Asteridem uocat Homerus.

Iliad. 8. 507.

At saxosa iacet medio quedam insula ponto

Asteris, & duplices habet haud ingens ea portus.

*Odyss. A. fine.
Odyss. v. 96.*

nunc ne anchora quidem in ea commodè potest iaci. Nullum quoq; in Ithaca hodie an-
trum aut nympharum domicilium est quale Homerus descripsit. Præstat autem in his
mutationem pro causa accipi, quàm ignorationem aut fabulosa de locis mendacia poë-
tæ adscribere. uerum hoc, ut incertum, in medio relinquo. Antilla insula pridem fuit 44 ut
Myrsilus ait, quod tum Lesbii nomen Ista esset, ita appellatam: nunc eadem urbs est Les-
bi. Sunt qui Lesbium ab Ida abrupta credunt, ut Prochytam & Pitheculam à Misenio, Ca-
preas ab Athenæo, à Regio Siciliam. Ossam ab Olympo. Præter huiusmodi mutationes
Ladon quoq; Arcadiæ fluius fluxum aliquando suum inhibuit. Et Duris Rhagades
quæ in Media sunt nomen inde habere ait, quod terramotibus rupta fuerit terra apud
Caspas portas, compluresq; euerse urbes & pagi, ac fluuiorum uariæ inciderint mutatio-
nes. De Eubœa quoq; Ion sic in Omphale.

Eubœa rura fluctus Euripi leuis,

Bœotia actæ finibus abscidit, fretum

Cretense uersus. —.

Demetrius porro Calatianus terræmotus qui ab antiquis temporibus per Græciam to-
tam acciderunt enumerans, Lichadum insularum & Cenæi multas partes demersas nar-
rat. & thermas quæ sunt Aedepli atq; in Thermopylis per triduum retentas, rursus fluxis-
se, ita quidem ut Aedeplianæ alijs eruperint fontibus. Orei murū maritimum & domos
ad 1000 corruisse, Echini & Heracleæ Trachimiæ magnam concidisse partem, Phalar-
num funditus euersam. Similia euenisse Lariensibus & Larissæis, Scarphiam è funda-
mentis subrutam, & demersos homines 100 1000 non pauciores, Throniorum dimidiā
partem horum, & ampliùs. Fluctū excitatum trifariā, cuius una pars ad Tarphen & Thro-
nium delata, altera ad Thermopylas, tertia in campum usque ad Daphnuntem Phocidis.
fontes fluminum per aliquot dies fuisse siccatos. Sperchium alueo mutato uias reddi-
disse nauigabiles. Boagriū per aliam decurrisse conuallem. Alopes, Cyni, & Opuntis
multas partes lexas, Oeum autem castellum quod supra urbem situm fuit, totū euersum,
partem muri Elateæ concidisse. Et apud Algonum cum Thesmophoria agerentur, xxv
uirgines in turrim in portu sitā spectandi causa accurrisse, ac ruina turris in mare decidisse.
Ferūt & Atalantam quæ est iuxta Eubœam ruptura accidente mediā nauib. peruiam
redactam, campos quosdam ad xx etiam stadia usq; inundatos, & triremem quandam è
nauali ablatā supra muros decidisse. His mutationes addantur peregrinationes gentium
consecutæ, ad maiorem admirationis uacuitatem parandam: quam, quia stupore ac pertur-
bationibus liberat, ualdè prædicauit Democritus alijsq; philosophi. Ut quod Iberi occi-
dentales in loca ultra Pontum & Colchidem commigrarunt, quos Choaraxes, ut ait Apol-
lodoros, ab Armenia separat, uerius autē Cyrus & Moschici montes. Aegyptij in Aethio-
piam

*Terræmotibus
collapsa.*

*Migrationes
gentium.*

piam & ad Colchos. Heneti è Paphlagonia ad Adriam. Quæ eadem Græcis quoque è-
 uenerunt gentibus Ionibus, Doribus, Achæis, Aeolibus, & Aeneas Aetolis nunc fini-
 45 timi, ad Lacium habitauerunt & Ossam 45 inter Perrhabos. sed & ipsi Perrhebi peregrini
 sunt. Atque nostrum institutum refertum est huiusmodi exemplis. Quadam horum in
 promptu sunt omnibus. Migrationes autem Carum, Trerum, Teucrorum, Galatarum,
 ducumq; lōginque peregrinationes Madyis Scythæ, Tearco Aethiopis, Cobi Trois, Se-
 sostris ac Plammitchi Aegyptiorum, Persarum à Cyro usque ad Xerxem, non itidem o-
 mnibus notæ sunt. Ac Cimmerij quos & Trerones, appellant, aut quadam eorum natio,
 sæpe incursiones fecerunt in dextram Pontipartem & ijs contigua, modò in Paphlagoni-
 am, aliàs in Phrygiam irrumpentes: quando etiam Midas tauri potu sanguine obiit, Lyg-
 damis uero suos ducens usque ad Lydiam & Ioniam est progressus, ac Sardes cepit, perijt
 in Cilicia. Sæpe autem Cimmerij & Treres huiusmodi fecerunt incursiones. ac Treras
 & Cobum tandem à Madye Cimmeriorum rege expulsos aiunt. Atq; hæc dicta sunt hoc
 loco, quorum historie propriè ad totius terræ ambitum in uniuersum pertinent. Referat
 nunc se eò nostra unde egressa est oratio, & persequamur sequentia. Dixerat Herodotus
 Hyperborei. nullos esse Hyperboreos: nam ne Hypernotios quidem esse. Id argumentum Eratosthe-
 nes simile ait esse cauillo isti, quo negantur esse qui malis alienis gaudeant, quia nō sint qui
 bonis alienis gaudeant. Fortassis etiam esse Hypernotios. nā in Aethiopia & locis adhuc
 inferioribus non spirare Austrum. Atqui mirum est, cum in quouis climate uentus spi-
 ret, & ubiq; is qui fiat à meridie Auster uocetur, esse aliquam habitationem huius exper-
 tem. Contrā enim non modo Aethiopia nostrum sentit Austrum, sed & superiores om-
 nes usq; ad æquinoctialem regiones. Quod cum ita sit, id in Herodoto erat reprahenden-
 dum, quod eos existimauit uocari Hyperboreos, apud quos non spiret Boreas. Nā tam-
 etsi fabulosus poëtæ ista dicunt, atq; eorum interpretes, id tamen audiendum erat quod
 est rectius: scilicet hyperborei, ut aiunt, ij dicuntur, qui maximè sunt omnium septentrio-
 nales. porrò septentrionalium terminus est polus, meridionalium æquinoctialis. idemq;
 est uentorum terminus. Secundum hæc Eratosthenes disputat contra eos, qui perspicuè
 falsa & impossibilia dixerunt, siue fabulæ, siue historie forma. quæ quidem indigna sunt
 mentione, neq; ipsum in talis tractatione materiæ decebat nugas referre. Hæc ergo est pri-
 mi eius commentariorum explicatio. Secundo libro quandam molitur Geographiæ cor-
 rectionem, & suas proponit sententias. quib. ipsis an aliqua possit adhiberi emendatio, ten-
 tādum est. Id quidem rectè dicitur, quod mathematica & physica postulata sint usurpan-
 da: & quod terra per orbem inhabitetur. Siquidem sicut totum uniuersum ipsa quoque
 globi habeat figurā aliāq; id genus. Vtrum uerò ea sit, quam ipse ponit, quātitas, nō con-
 uenit inter scriptores. posteriores quidem dimensionem eius laudant. tamen Hipparchus
 ad annotanda quæ secundum habitationes diuersa in rebus cœlestibus obseruantur adhi-
 bens ab eo tradita interualla, in Meroës, Alexandræ & Borysthenis meridiano eum non
 nihil ait à uero deuisse: deinceps de figura pluribus differit, ac demonstrans terram unā
 cum aquæ elemento globum constituere, sicut cœlum, uidetur aliena loqui. sufficit enim
 non multum ab ea forma abesse. Porrò latitudinem terræ definiens, à Meroës meridiano
 Terra quātitas. pronunciat usq; ad Alexandrinum esse 6000 stadia: inde ad Hellespontium ad viii 610 at-
 que c stadia: hinc ad Borysthenem 100, deinde ad circulū q p Thulē transit. (quā Pytheas
 à Britānia insula ait sex dierum nauigationem abesse uersus septētr. uicinā cōgelato mari)
 alia 6000 610 10 stadia: quod si adhuc addamus ultra Meroen alia iii 610 000 stadia, ut
 46 etiam 46 Aegyptias insulas, Cinnamomiferam regionem, ac Taprobanam complectā-
 mur, fore i uniuersum stadia xxxviii millia. Ac reliqua sanè interualla, quia satis de ijs cō-
 uenit, concedamus ita habere. Quis autem mentis compos interuallum quod à Bory-
 sthene ad Thulē ponit, pro uero iudicabit: cum & Pytheas, qui Thules historiam retu-
 lit homo mendacissimus sit inuentus: & qui Iberniam Britannicam uiderūt, nihil de Thur-
 le dicant, sed alias quasdam paruas circa Britanniā insulas commemorent. Et ipsa Bri-
 tannia longitudine ferè æqualis est Celticæ iuxta porrectæ, non ampliùs 100 stadiorum,
 atq; extremitatibus oppositæ regionis definitur. opponuntur enim inuicem orientales o-
 rientalibus. atq; occidua occidentalibus: adeoq; oriētales propinqua inuicem sunt ita,
 ut alte-

ut altera ab altera conspici possit, Cantium inquam & Rheni ostia. At ille insulam xx stadiorum millibus longiorem facit, atque Cantium aliquot dierum nauigatione abesse à Celtica. De Ostiis etiam, & quæ trans Rhenum sunt ad Scythiam usque locis, omnia falsa perhibuit, ut qui tam multa de his mentitus sit quæ nota sunt omnibus, non facile uideatur de his uera traditurus quæ ab omnibus ignorantur. Iam parallelum qui per Borysthenem transit eundem esse cum Britannico Hipparchus alijque inde conijciunt, quod idem parallelus est Byzantijs ac Mafsiliæ. nam quam Eratosthenes umbræ ad gnomonem ratione Mafsiliæ adscripsit, eandem se sub eiusdem nominis tempus Byzantijs obseruasse Hipparchus scribit. Iam à Mafsilia in mediam Britanniam non amplius est 100 stadijs. Atqui è Britannia media non amplius iv stadiorum progressus millia, terram inueniet cuius diuersa sit habitationis ratio, nempe ad Hiberniam: ut ulteriora ista, in quæ ille Thulem reijcit, non iam habitari possint. Qua etiam ductus coniectura dixerit inter Thules & Borysthenis circumlum 6000 ac 6100 stadia interesse, non uideo. Caterum à latitudine aberrans, necessario etiam in longitudine designanda est allucinatus. Nam cognitam longitudinem cognita latitudine duplo esse ampliorem, cum posteriores, tum reliquorum etiam elegantissimus quisque confiteretur, ab extremis Indiæ usque ad ultimos Hispaniæ fines longitudinem, 47 ab extremis Aethiopibus usque ad Thulen latitudinem dico. Hanc ille postquam definiit, longitudinem porro extendit, ut amplius dupla eius ad latitudinem efficiat proportionem. Itaque inquit, Indiæ usque ad Indum fluuium, ubi est arctissima, porrigi per xvi stadiorum millia, quæ ad extremitates pertinent partes, tribus stadiorum millibus amplius, inde ad Caspias usque portas, xiv millia, hinc ad Euphratem 6000, ab hoc ad Nilum 100. rursus usque ad Canopicum ostium 6100, atque hinc Carthaginem usque xiii millia, indeque ad columnas Herculis viii minimum millia. summam ergo fieri stadiorum lxxv millium & octingentorum. addendam uero adhuc esse Europæ curuitatem extra columnas, quæ Hispaniæ opposita uergit ad occasum, non minoribus stadiorum millibus. & extremitates cum alias, tum Ostidamniarum, quod appellatur Calbium, eique adiacentes insulas, quarum ultimam Vxisamam Pytheas ait abesse tridui nauigatione. Hæc ille differens, ultima ista nihil ad longitudinem pertinentia adiecit de promontorijs, & Ostidamnijs & Vxisama, ac quas memorat insulis: atque hæc uersus septentrionem sita, & Celtica sunt, non Hispanica: imò Pythæ potius sunt signum. Deinde ad hæc longitudinis spatia alia duo stadiorum millia occidenti, totidem orienti adijcit, ut latitudinem longitudinis non æquare semissem teneat. Pluribus deinde uerbis persuadere nititur natura ita esse comparatum, ut interuallum ab ortu ad occasum reliquo sit maius, id quoque addit, terræ habitatae eandem esse naturam, ut ab oriente in occidentem longius sit interuallum, sicut & ante diximus: cum mathematici dicant eam circumlum referre atque in seipsum redire. itaque nisi Atlantici maris obstaret magnitudo, posse nos nauigare per eundem parallelum ex Hispania in Indiæ id quod reliquum est ultra dictam distantiam, quod totius circuli trientem excedit: siquidem circumlus per Thinas ductus minor est ducētis milliarijs, ubi nos stadia dimensum ex India in Hispaniam. Ne hæc igitur recte dicat. 48 Hæc enim ratio de zona temperata nostra secundum mathematicos potest constare, cuius pars est terra habitata. de hac autem (uocamus autem eam quam inhabitamus, & notam habemus. possunt autem in eadem temperata zona uel duæ habitatae terræ esse uel plures semper, etiam si proxime circumlum per Thinas transeuntem circumlus per Atlanticum mare describatur.) Rursus deinde insistens demonstrationi de terræ forma, quam globum referre ait, eandem meretur repræhensionem. Itemque, quod nullum finem facit Homerum ipsidem de rebus impugnandi. Deinde ostendit uarias de continentium distinctione sententias fuisse, alios *Terræ in partes* eas fluuijs diuisisse. Nilo ac Tanai, itaque insulas effecisse: alios isthmis qui sunt inter *maximas diuisio.* Caspium ac Poticum mare, & inter rubrum mare ac rupturam: alios eas pro peninsulis habere. Ad hæc ille ait se non uidere quomodo ea quaestio ad rem pertineat, sed eam tantum esse hominum altercantium litem, secundum Democriti illud. Non posse enim præcisè eas distinguere, cum non possint certi termini nominari, ut columnæ uerbi gratia aut mœnia: quo modo inter Colyttum & Meliten distinguimus, atque hoc esse Colyttum, illud Melitam pronunciamus. Eandem causam esse quod saepe de quibusdam locis orta est controuer.

trouersia, ut Argiuis ac Spartanis de Thyrea, Atheniensibus ac Bœotis de Oropo. Ipsos uero alioqui Græcos tres continentes ea occasione nominasse non respectu terræ habitatae, sed uæ & eius quæ opposita est, Caricæ nimirum, in qua nunc Iones ac cæteræ gentes degunt. successu deinde temporis paulatim eos ulterius progressos, plures regiones cognouisse tandemque in ista substituisse diuisione. Vtrum ergo, si qui principes trium continentium diuisionem instituerunt (ut à primis ordiar, litemque non secundum Democritum, sed ipsum Eratosthenem 49 disceptem.) isti erant, qui primo suam terram ab opposita Carum terra distinguere uoluerent: an potius solam illi Græciam & Cariam, paucaque ei adiuncta habuerunt cognita, non item Europam, Asiam & Africam? reliqui autem perlustrata quantam etiam describere ualuerunt terra habitabili, demum autores sunt huius in tres portiones diuisionis? Iam quomodo non instituerunt si terræ habitatae partitionem? aut potestne aliquis tres partes nominare, quarum quamuis nomine continentis afficiat, qui non prius totum animo conceperit, cuius partitionem aggreditur? Aut si cogitauit de tota terra habitabili, partem autem tantum eius aliquam diuisit, scire uelim cuius partis terræ habitata Asia, Europa, aut denique continens pars sit. Hæc ergo pingui Minerva dixit. Illud adhuc rudius, quod is ipse qui ait se non uidere quomodo ad ullam rem conducere possit terminorum indagatio, Colyttu producit & Melitæ, ac deinde in contrarium auertitur. Si enim de Thyrea & Oropo bella ob finium ignorationem orta sunt, nimirum distinctio locorum pertinebit ad res gerendas: nisi fortassis dicat, loca atque adeo singulis hoc in gentibus, distinguere, id quidem ad negocia tractanda facere, totam autem habitatam terram in continentes diuidere, hoc esse rem superuacaneam. Atqui nihil minus hic est. nam summis imperatoribus eam ob rem possit controuersia nasci, ut si alter Asiam possideat, Africam alter, ad utrum pertineat inferior, que uocatur, Aegyptus. Cæterum hoc omisso, ut quod sit rarum, dicendum est alias diuisas esse continentes magnæ diuisionis ratione, quæ totam habitatam terram respiciat. propter quod ne id quidem curandum sit, quod qui fluuijs ea in re utuntur, quædam loca sua diuisione non comprehendunt, quia fluuij non usque ad Oceanum pertingunt: sicut & insulas à continentibus re ipsa diuisas. In fine commentarij autem improbens eorum sententiam, qui uniuersum genus humanum in duas diuidunt partes, uidelicet in Græcos & barbaros, & qui Alexandro suaserunt, ut Græcos pro amicis, barbaros pro hostibus haberet: inquit rectius uirtute & malicia eos diuidi. nam & multos Græcorum esse malos, & de barbaris laude dignos, ut Indos, ut Arianos, itemque Romanos & Carthaginenses, quorum in magna sunt admiratione respublicæ. itaque etiam Alexandrum istis admonitoribus ualere iussis, quoscunque posset nancisci uiros egregios, amplexum fuisse & beneficijs ornasse. Quasi uero qui ita homines distribuerunt, aliosque uituperio, alios laude dignos iudicauerunt, aliud respexerint, quam quod apud hos leges, ciuilitas, institutio, & certa ratio agendi omnia in usu essent, apud illos negligenterentur. Itaque etiam Alexander consilium hoc nequaquam spreuit, sed probans hanc sententiam, & ad consilium eorum qui sic suaserant respiciens, non diuersum ab eo, sed quæ ei consuetaria erant, fecit.

Finis libri primi.

IN

Humani generis in Græcos & barbaros diuisio.

IN LIBRUM PRIMVM STRA

BONIS ANNOTATA, INTERPETIS.



COelestium.] *Ὁραίων*. Ambiguitas est in structura, & uel seorsim hoc accipiendum, ut coelestium motuum ac *ὁραίων* notet observationem: uel ad *ὁραίων* referendum, ut uolucres intelligantur. ego itidem ambiguum reliqui. Proxime sequente periodo interpres sensum aliquot paginarum corripit, quibus Strabo demonstrat Homerum fuisse geographiae principem: quarum propositionem dū peruertit interpres, hoc effecit, ut Latina legens aliquis scōpum ipsum & institutum auctoris minime possit assequi.

2. Terram undiquaq; Oceano cinctā.] Ut in Achillis clypeo, ubi Oceano eam ob causam oram eius clausit. *Iliad.* 5. 606. Item *Iliad.* 8. 200. ut infra Strabo exponit. Per eos qui mari alluantur Aethiopes intelligo, de quibus mox ipse ex Homero.

3. Inaudiuerat de Hispan. nauig.] *Προμαρ* & lego, non *Προμαρ* & *Προμαρ* est nauigatio. Puto autem locum intelligi, ad quem nauigabat Hercules, nimirum fretum per quod Oceanus intra Hispaniam & Africam irrumpēs, mare mediterraneum efficit, per quod fretum in mare Atlanticum egressis non est longa ad fortunatas insulas nauigatio.

Ex nomine.] Nō satis assequor quid sibi uelit: puto tamen sensum esse: ob insularum fortunatarum propinquitatem Hispaniae quoq; & Africae occidentales limites pro beata habitatione reputatos.

4. Arcticum, hoc est septentrionalem circulum.] Nimirum eum, non qui à polo Zodiaci circa polum mundi describitur, & ad Zonam frigidam septentrionalem finiendam adhibetur: sed quē in sua sphaera Proclus exponit, Tropici & aequatori ipsum quoq; parallelum, & qui describitur circa polum conuersione eius puncti Sphaerae coelestis, quod horizontem attingit, quā eum in parte septentrionali meridianus circulus secat. Eum circulum Proclus ait describi à priori pede urse maioris in sua habitatione. Quaecunq; intra hunc circulum & polum mundi supra horizontem extantem intercipiuntur stellae aut partes coeli, nunquam occidunt eo in situ. Itaq; cum is totam & dentis posterioris pedis non admodum nobilibus ijs stellulis. Ursam maiorem includat, sidus longē notissimum, non ineptē Homerus inde nomen ei fecit: uideturq; Proclus eundem quem Homerus arcticum circulum intellexisse, ut respexerint ad mediam ferē Græciam & Athenas, ubi latitudo seu eleuatio poli est 37 ¹/₂ circiter partium sine gradu. Cer-

tius sciri hoc posset, si quam prioris pedis (neq; enim unica est.) stellam Proclus uellet accipi, expressisset. Hodie ad eum sitū proximē faceret stella quae est infra dextrum genu. Sed notum est stellarum declinationes motu, quem

octauae Sphaerae uocant, inaequaliter uariari: itaq; subitius rem hoc loco persequi non uacat. Id quidem in promptu est, stellam hanc quae circulum arcticum taliter describat, tantum debere à polo mundi abesse, quantum interest inter horizontem & polum, hoc est, quanta loci est latitudo, cuius arcticus circulus describitur. & quo maior latitudo loci est, eō erit arcticus ille quoq; amplior, in Sphaera recta prorsum nullus. Apud nos hic arcticus describitur à stella quae in humero bootis sinistro est, tertiae magnitudinis & caput Gorgonis leniter admodum excludit, & hēdos in Erichthonio, siue auriga: itaq; hēc sub horizonte admodum exiguo sunt tempore. Includit autem totam ursam utramq; & draconem, Cephēum, & Cassiopeam, quae Homericus quoq; arcticus, dentis pedum urse maioris, paucisq; ijs obscuris stellis complectitur. atq; hēc sunt illa sidera, quae Homero iuxta atq; urse lauacris Oceani abstinent. Noster autem Arcticus praeterea continet capram nobilissimam ac primae magnitudinis stellam, & dextrum quoq; aurigae fulgentem humerum, lucidasq; Cygni, quam Vuegam barbari uocant, & in dextro latere Persei micantem, quae est iisdem Alchenis, secundae omnes magnitudinis. Quae cum nunquam occidant, ad horas noctu indagandas & alia id genus conducunt. Sed de his plus satis hoc loco.

Quapropter non iam imperitiæ culpari potest.] *ὁστ' ἐν τῇ ἀπ' ἀπ' αὐτοῦ λέγειν ἴδω.* *ὁστ' ἴδω.* ad uerbum. Non ergo iam eum imperitiæ damnant, nimirum æqui & rerum gnari lectores. Nam imperiti poterant reprehendere, quod solam ursam diceret nunquā occidere, cum Cynosura quoq; & Cepheus & Cynosura nunquam occidant.

Iam tum quoq; nūcupatum fuisse.] *ἡ δὲ ἐκείνη μὴ ἴσσοιτο τῇ δὲ.* Ita legitur etiam in Aldino codice, itaq; legit interpres noster, neq; is modō, sed Caelius quoq; Calcagninus, ut quidem eius translationē huius loci citat Zieglerus in Sphaeram Porocli cap. 2. Ego tamen μὴ illud expunxi, cum et contra ueritatem historiae pugnet, & loci sententiam euertat. Historiam dico, quia constat à Thalete Milesio primum Cynosurae sidus fuisse inuentum, quo in nauigationibus uterentur Phoenices. quod etiam ex Callimacho demonstrat Laertius, & est idem apud Hyginum atq; Eustathium. Multis autem ætātibus posterior fuit Thales Homero. Astyagis Medorum, & Tarquinij Prisci Romanorum regis equalis, non debuit ergo Homerus culpari, qui illud sidus *ἡ δὲ* nomine non affecerit, cum aliquot post seculis ei Thales id nominis indiderit. Sententia autem hęc est. Stellis non statim initio, sed successu temporis modō his, modō alijs nomina sunt indita, eaq; notiores ut essent in figuras distributa. Græci quia stellis Helices utebantur, idē maturnius eam urse figura a nomine comprehendērūt, interim stellis

stellis Cynosurae & alijs in figuram nequaquam collatis, quomodo et adhuc ἀμφοτέρωσιν (sic enim uocat etiam Ptolemæus). remanserunt. Berenices comam (ut ex Callimacho Catullus retulit.) in Ptolemæi gratiam sidus fecit Conon, stellis quæ post helicen haud procul Leonis signo uisuntur, & tunc nomine carebant, eò accommodatis. ita in Adriani gratiam stellæ informes infra aquilam uersus sagittarium, Antinoo sunt attributæ. De Canopo non admodum habeo quod dicam, uulgò putatur à Menelai gubernatore nomen accepisse, uel quod apud urbem à Menelao Canopi nomine in Aegypto conditam primum ea stella uideatur meridiè uersus proficiscentibus, ut habet Eustathius in Dionysium. quod si sit, non recens sanè Strabonis, sed uel Homero antiquior fuit appellatio. Porro Eustathius Homeri locum explanans, non hanc modò causam affert, cur Cynosurae mentionem non faciens solam ursam neget occidere: sed & grammaticam satis argutam, nempe ut particula μέν dicatur respectu aliorum quæ commemorauit siderum, pleiadum, hyadum, atq; Orionis, quæ occidere satis est notum.

Iam Aratus stellas quasdam adhuc nomine carere ostendit & alijs, & in descriptione uirginis

γνώριμῳ
Discipulus.

— ἀλλ' ἀπερὶ πάντας

Ἀπλόοι, ἀλλόθεν ἄλλ' ἀνώνυμ' ἢ ποσειδῶν.

Ad Cratetis opinionem quod attinet, uidetur is uoluisse eī & solus ad Orionem referre, si tamen ita imperitus fuit, ut uel Orionem, uel Bootem (nam hunc Orionem hoc loco uocari cum Hesychij tum Theonis in Aratum testimonio, eūdem arctophylacem, Bootem, & Orionem appellari affirmantis, ac τρυγὴν τὸν ἰδ' ἐστ', uindemitorē, uidetur posse doceri, tum quod Orion sidus meridionale huc non quadrat.) putauerit nunquam occidere, itaque hic amplius. Heracliti sententia minus est obscura.

Aura sereni Iouis.] ἄρ' & . quod terminum interpres non rectè transtulit. Hoc autem significat meridiem, & quod arcticus dicitur limes esse seu terminus ortus & occasus, id intelligendum est ratione eius puncti, quo is Horizontem attingit, id enim semper equo intervallo, abest ab ortu & occasu, quemadmodum id quoque, quod meridiei est, & eregionē istius intelligitur.

Homericomore.] κατ' ἀνδρ'. dicitur autem particula quæ sequebatur, à me est expuncta, nisi quis post ἀνδρῶν demum eam reponi uelit, quod nō improbo.

Incertis sedibus eos uagari.] νομάδας. quod pascendo pecori assuetas ineptè uertit interpres, cum sint Quorum plaustra uagas ritè trahunt domos, ut Horatius eleganter expressit 3. Od. 24. ideoq; ἐμὲ φοιτᾷ. Strabone infra lib. 7. uocantur. Homeri locus est initio Iliadis xij. & conferri cum his possunt Eustathiana.

Oceano refluētis appellationem.] ἀπορροή. cum alibi, tum Odys. v. 65. ubi Eustathius in se redeuntem ambita terra interpretatur.

Leniter fluentem.] ἀκαλαγγεῖ τὸν sic etiam

Eustathius accipit. Iliad. v. 422. atq; ibidem βαλὺ ῥέος uocatur. Fluuuium autem uocat Oceanum Homerus Iliad. 2. 245. & in fine Odys. λ. Atq; initio sequētis libri, qui locus à Strabone est adductus.

6. A' columnis.] Perobscurus est locus, qui hunc antecedit. Hic autem loquitur de columnis, quas uocant, Herculis, quæ mare Atlaticum à Gadibus inter Africam & Hispaniam uersus ortum solis irrumpens, usque ad Phœniciam porrigitur &c. De Cimæriorum eruptione uide Herodotum libro primo, ubi de Ardye Gygis R. loquitur, cuius ætate ea facta est. Fuit is Iosia equalis regis Iudeorum, ac Tulli Hostilij & Anci Romanorum regum. Sub hoc ad Palestinam usq; progressos Scythas est in Chronica Eusebij. De Homero ad Plutarchum diximus quæ de ætate eius habeantur. cum quibus hic locus faciliè potest comparari. Quibus autem locis Homerus singulas commemoret regiones, urbes, amnes, & alia, in progressu Strabonem seculi aperiemus.

Temelam & Siculos.] Error interpretis annotatus iam antè est ab alijs. & de ea dicemus libro 6. Siculorum mentio est sub finem Vliſſæ xx.

7. Thaletis discipulum.] ἀγνώριμῳ. uel ex Suida constat Anaximandrum fuisse Thaletis discipulum, καὶ τὸν. pro quo hic ponitur γνώριμῳ. Sic Cicero Lucullo. Benè autem nosse Carneadem Metrodorus putabatur. I. de Oratore. atq; hæc de Carneade dicuntur, quem audiuit Metrodorus. Possem hoc sexcentis alijs docere testimonijs, sed non est huius id institui. Hoc ipso libro (ut unum saltem adducam. Bio Zenonis discipulus, γνώριμῳ dicitur.

Et ad quantum spaciū.] ἵε' ὁπ' ὅσοι δ' ἐστὶ μίλιαι. Non queritur quot stadia intersint inter Alexandream & Babylonem, quod falsò posuit interpres, sed quæ sit harum urbium situs latitudinis differentia, ut in scholis loqui receptum est, hoc est, cum neutra sit sub æquatore sita, utra earum magis uersus septentriones (nam in hanc partē declinant.) ab eo distet, & ad quot partes circuli maximi. id quod ratione climatum deprehendi uerum est, & quibus ea distinguuntur parallelorum. Latitudo Alexandræ partium 31. est minor 4. partibus quarum 360. integrum circulum explent quam Babylonis, ubi polus noster eleuatur gradibus 35. et sub parallelo 10. hæc, illa sub 8 ponitur. Longitudines autem locorum quæ ad occasus & ortus discrimen referuntur, comparandi per eclipsium obseruationes ratio est expeditissima, ut fatentur Mathematici, qui tamen alios quoq; huius rei quasi δ' ἐν τῇ πόλει, ὡς ἐξ ἐκκογίσαν, hic non referendos. Alexandræ longitudo est 60. 30. Babylonis 79. ut in promptu sit colligere, hanc à Meridiano fortunatarū insularum multò abesse quam illam longius. Hæc autem longitudinum & latitudinum comparatio cum totius est Geographiæ, tum & distantia locorum inueniendæ fundamentum.

8. Ac quodammodo hos illorum antipodas.] Hæc uerba quin ad cōparationem indorum atq;

atq; Hispanorum pertineant, dubium esse diligenter inspicienti potest nemini. Interpres ineptè ea ita transtulit, ac si in genere hic affirmaret Strabo, esse Antipodes: quos ullos esse post a Lactantiū etiā b D. Augustinus aliquando negauit. Itaq; Apianus in sua Cosmographia huius loci testimonio Antipodas adstruit. Sed illud quodammodo, *ῥότοιον* *ἔνθα*, non est de nihilo additum. nam non statim *ἀντίποδες* dici prohibent, quos longitudinis maximum interuallum diuidit, cum possint uel antea ei esse, si in eodem parallelo sint, demto æquatore, uel alioquin non in unius lineæ circulum axis instar dimeti-entis extremitatibus seu polis duobus siti esse. sed ea de re alios consule.

9. Illic terra suos.] Mutare hic nihil sum ausus, tametsi mihi locus sit suspectus. hæc enim non de Thebis dicuntur apud Homerum. *Odys.* *δ.* 229. sed simpliciter de Aegypto. Et Thonem fuisse ad Canobicum ostium, satis profectò longè à Thebis, Eustathius copiosè differit. Hoc itaq; in uniuersum de Aegypto dictum est, aut certe non de Thebis adeò procul disitis, de quibus Achilles uerba disertè loquuntur. Fortasè scripsit Strabo *ὡς δὲ τῶν Αἰγυπτίων* — *τῶν ὡλεσά φ. ἄρ. ἔθνεων*. *Αἰθ' ἐκέρ.* uix enim credo esse lapsum memoria in hac re. Mox pro *ἐκ τῶν λόγων* *μαρτυρεῖ*, non uidetur stare sententia, nisi *μαρτυρεῖται*, legatur.

10. Diuersis è patrijs.] *ἄνω ἄλλης ἐσίας*. *Λα-ribus* diuersis. Interpres (cuius errata persequi neq; utile uidetur neq; iucundum, & est laboriosum, & de eius lapsibus non rarò alij ante nos sunt conquesti.) is ergo non *ἐσίας* uidetur legisse, sed *ἀερίας*: uertit enim alia de causa. Sed nostra, quæ & Aldi est, lectio multò quadrat rectius, non enim de causis bellorum hic disputatur, sed de locis, quibus in locis ea geruntur.

11. Suae quidem stulticiæ.] *Ἀνοίας*. interpres, uertit ignorantia, ut uideatur legisse *ἀγνοίας*.


Geographiæ maior pars.] *ἡ μὲν δὲ πλεονέχεια*. Sic & Aldus & interpres. Et hoc quidem, quod amplius est. Sed uerba sic posita nullam dant sententiam, ut mirum non sit lapsum esse. lego *ὡλεσόν*. Est autem collatio philosophiæ morali cū geographica.

Ius quidem definierunt.] *Θρασύμαχος* Sophista apud Platonem à *πολιτείῳ*.

Delectationem præbet.] *διαγωγὴν* *πρὸς εἰς*. institutionem noster imperitè. est enim *διαγωγή* delectatio ad fallendum temporis tedium frangendumq; (ut d. Flaccus noster ait.) morantè diē, Kurtzweil.

12. Aut è communibus.] Hæc ferè ad uerbum reddidi, cum sint sanè confusa, & fortassis deprauata. n. legendum est, non *ἡ τῶν κοινῶν*, quod interpres secutus totum locum corripit, cum n. etiam Aldinus codex habeat. Vult autem Strabo ostendere qua ratione fidem faciamus hypothesebus Geographicis: quarum apud Ptolemæum libro primo. *μὲν γὰρ ὡς αὐτῶν*. extant demonstrationes. Et præfert noster autor argumenta ex observationibus *τῶν φαινομένων* sumpta, ipsiq; sensu teste cō-

firmata, ijs quæ ex natura & causis physica afferuntur. Quod autem dicit de lumine eminus à nauigante conspecto tum cū in sublime elatum longius quàm antè, dum tamen non uidebatur, ab oculo uidentis remouetur, maximo est documento, terram cum aqua globum constituere. Esto oculus a. lumen b. quod ob tumorem aquæ uideri nequit. Sed si sursum in c. usq; attollatur, uidebitur radio a c non intercepto ut antè. atqui euidentis est lineam a c longiorem esse quàm lineam a b. utpote subiectam angulo b obliquo, cum angulus c sit acutus, & ob id minor per decimam nonam primi Elem. Euclidis. Eadem est ratio, si oculus tollatur in altum, ut uerbi gratia, si in malo naui sedeat in d. Sic Ulysses apud Homerū supra aquei globi curuitatem consuetam ab unda elatus terram uidit, quam subsidente fluctu non potuisset cernere.



13. Climatum & uentorum.] *ἐκ τῶν αἰνῶν*, fortè *ἡμέραν*, dierum: non uentorum. neq; enim solis declinatio uentorum causa est, aut unum clima non nisi peculiarem unum uentum habet. Sed diei quem artificialem uocant ortu & occasu solis inclusi diuersam quantitatem locis declinatio à metis intra quas solis cursus uertitur, efficit.

Et ciuilibus hominib.] *καὶ τὸ πολὺ ἀκόρ.* *ἐστὶν ἀγῶν*. abundabat ita ut sensui quoq; officeret. d. 2. Od. 7.

Disciplina circulari.] *ἐγκυκλίον ἀγῶν*. *ἐγκυκλίαν*. Sic uocat, qua informantur & erudiuntur etiam ij, qui exquisitam scientiam non quærunt, neq; totos se studijs philosophicis mancipant, sed satis habent utcunq; non prorsus omnium liberalium artium esse ignari. qualis ferè hodiè plerorumq; in scholis uersantium est conatus. Ex hoc loco satis apparet, quale genus fuerit librorum & disputationum *ἐγκυκλίων*, quorum meminit i. de Cælo, & i. ad Nicom. atq; alibi Aristoteles.

Historicos comp. commentarios.] Meminit horum Strabonis commentariorum Plutarchus noster in Lucullo. ad eosdem. *καὶ πρὸς αὐτοὺς ἄνδρας*. lego *πρὸς τοὺς αὐτοὺς*.

Aliquid adijciamus.] *προσλαβὲν*. fortè *προσθε-*

πρὸς βαλῆν, tametsi etiam illud tolerari potest.

14. Quid tandem Bio.] Hunc totum locum in terpyres non est affecutus, εὐκατὰ βόχασον uertit discursi facilem, nullo sensu & ridiculè. quis enim audiuit unquam homines discursi. Est autem elegans admodum uox. κατὰ βέχην ἡνὸς Græcis significat reprehendere ac uituperare, eynen aufrichten. quia quasi obiter in decursu sermonis id fiat. Inde εὐκατὰ βόχασον dixit noster, qui mereatur ita carpi, ac contentum rodi. in Græco post πολλὰ κίς ἀπὲρ αὖ uidetur extritum uerbum ἢ. Est autem sensus hic. Valdè laudat Eratosthenes Bionem suum, amicum diuina quadam sapientia: (Laertius scribit ob omnis generis doctrinam, Bionis, Eratosthenem de eo pronunciasse, hunc primū floridam induisse uestem.) ego autem uidere uelim, quid nam hoc sub amictu Bio texerit: an præclari aliquid, sicut Vlisses Homericus, qui pannis mendici in morem obitus, tamen ad pugnam cum Iro se parans, femur præclari & robusti corporis argumentum denudauit: ita ut non sine magna admiratione proci malè Iro ominentur, eo femore conspecto. Sic (inquit Strabo) miror ego quid tādē egregij ex florido isto pallio sit Bio iste prolaturus Eratostheni tam ualdè laudatus. Locus Homeri, ad quem hic alluditur, est Vliss. 2. 74. Et uult ostendere Strabo, longè secus Bioni euenisse & Eratostheni, nihil operæ precij prominentibus ex tam splendido habitu. Ceterum Zeno Citienis, cuius æqualis fuit Eratosthenes, floruit sub Ptolæo Evergeta & Antigono Dosone, post confectum maximè primum bellum Punicum, circa Olympiadem 136^{am}. de eo & reliquis uide Laertium, Suidam, alios. Paulò antè πολλοί, οἱ καὶ κατ' Ἀριστωνα: & expunxi ut à librario, non à Strabone profectum.

15. Eirefione Atticæ.] Perineptè hunc locum interpres extulit, nescio quas ramalium Atticorum commentus obiurgationes. quasi uerò κατὰ γορεῖν non sit nisi accusare: cum aliquid de aliquo dicere, aliquid alicui attribuire significet propriè, quod uel in trivialis est notum scholis. Eirefione quid sit, è Plutarchi Theseo, Suida, scholiaste Aristophanis, Eustathio ex Pausania in fine commentariorum Iliad. χ. satis potest constare. Clemens Alexandrinus libri Stromateōn quarti initio idē uersib. Sophoclis et Timoclis comici admodū uenustè expressit, dignis lectu & memoratu. Adscripsi locum, propter eos, quibus eius libri copia non est, harum rerum studio sis. ἢ τὸ πλὴν ἀπὸ γράφῃς λεγέωσι οἱ τῶν ἡρώων μὲν ἁπάντων σρωματεῖς, ἀπὸ γὰρ κατὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἀπὸ νηυσὶν ἐκείνην προσφορὰν, ποδὲ ἡς Σοφοκλῆς γράφει.

ἢ μὲν γὰρ οἱὸς μαλλὸς, ἢ δ' ἀμπέλων
Σπονδὴν, καὶ ῥαεῖς ἐν τεθνησσυρισμῶν,
ἢ νῦν ὅτι παγκαρπία συμμιγῆς ὅλαις,
λίπῃ τ' ἐλαίου, καὶ δὲ ποικιλώτατον
Πανθὺς μελίσσης κυρόπλεστον ὄργανον.
Αὐτίκα οἱ σρωματεῖς ἡμῶν κατὰ τὸν γεωργόν
Τιμοκλέους τὸν κομικῶ, σῦκα, ἐλαίου, ἐλά-

δας, μέλι προσοδευούσι, καθάπερ ἐκ παμφόρου
χωρίου. δὲ ἢ εὐκαρπία ἀπὸ φέρει.

ἢ μὲν εἰρεσιώων, ὅ γε γεωργίαν λέγεις.

ἢ φωνεῖν γὰρ εἰώθεσιν Ἀθηναῖοι.

Εἰρεσιώων σῦκα φέρει καὶ τῶνας ἄγρους,

καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἐλαίου ἀναψισσάδης.

Tres primi uersus Sophoclis menda non uacant, quam nulla sententiæ iniuria. Adduxi autem, ut Hipparchi sensum aperirem, nam Eirefione, ramus oleæ lana res dimitus, non mala aut pira habebat appensa, sed ficus & alia quæ referuntur: & nibilo tamen minus erat Eirefione, etsi malis, pirisq; careret. Ita poeta suum tueri titulum atq; ordinem potest κατ' ἰππάρχον, tametsi non omnibus rebus excellat, modò ne prorsus omnium cognitionem & traditionem ei adimus.

16. In tentandis animis.] Nescio quò hoc peratineat, an ad narrationem Iliadis libro secundo, ubi dissuadet discessum à Troia, et pro dignitate cum proceres, tum uulgi tractat. nisi ad Dolonem placeat referre. Imò uerò referemus ad exploratos ab Vlisse suorum animos, Eumœi, Philœtijsq; Odyss. 2. 26. φ. deprecator ad Achillem mittitur ab Agamemnone Iliad. 17.

17. Cum se ostentaret.] Κατὰ τὰς ἀνδρῶν δειξάς, cum in publicum prodiret poeta, & carmen suum recitaret. notus est huius uocis usus ex scriptoribus Græcis, interpres totum hunc locum ita conuertit, sicuti & pleraq; alia, ut mirum sit si quis ex ipsius uerbis aliquid sententiæ elicere poterit, quod Strabonianum gustum præbeat. Quod ad Cadmum Phœnicem attinet, nota sunt quæ de eo passim feruntur. sed adscribenda duxi Plinij uerba, ut locus fieret illustrior. De poematum, inquit, origine magna questio est. ante Troianum bellum probantur fuisse. Prorsam orationem condere Pherecydes Syrus instituit, tēpore Cyri regis. Historiam Cadmus Milesius. Hæc ille lib. septimo capite LVI. ex quibus liquet, non de litterarum inuentore Cadmo, sed alio quodam autorem loqui. cuius eodem meminit eulogio, libro quinto, capite 29. de Mileto Ionie urbe scribens. Hecateus porro princeps Geographiam scribere aggressus est, ut suprā indicauit Strabo. De raposodia uide quæ annotauimus in Plutarchomeris.

18. Horribili figura.] Τύπων ἀεράτων. suspensa uox. ad huc locum uide quæ Plutarchus in Numa de conficta religione disputat.

19. Cimmericorum excursionem.] De qua suprā annotatione 6. Ceterum uerba in Græco sunt corrupta. ἢ κατ' αὐτόν. ἀναγέγραψεν δὲ ὡς σάντας καὶ τὸς κόλως. Coniecturis suis qui tantum detulerūt autoritatis, ut in summis scriptoribus expungere quod erat à librarijs traditum, & sua inuenta ijs abolitis sufficere auderent, pessimè sunt omnium peritorum iudicio meriti de optimis literis, utcumque studio inuandi decempti. Ego mutare quicquam nisi quod uel Aldinus codex, uel interpres inbeant mutare sitq; liquidò falsum, nequaquam ausus sum. Sic tamen hæc scripta fuisse à Strabone

bono omnino iudico, uti subijciam. ἢ κατ' αὐτὸν ἀνα-
γράφουσιν. Ὡσαύτως δὲ καὶ Κολ.

20. E Scythica.] Nō dubitavi pro ἡβικῆς repo-
nere Σκυθικῆς, cum interpres quoq; sic legerit, & sen-
sus doceat ita esse legendum.

21. Sed à Surrento.] κατὰ Συρρέντων. Aldinus
eodex κατὰ Συρρέντων, interpres deductis. Ego Geo-
graphia secutus rationem, non dubitavi restituere ue-
ram lectionem, totidem planè litteris, isdemq; adeo com-
prehensam, κατὰ Συρρέντων. Surrentum, inquit
Plinius 3. 5. (ut alios citare superfedeam.) cum promon-
torio Mineruæ, Sirenum quondam sede. non ita multo
post pro ὡς ἐξ ἀποδείξεως, legi ὡς ἐξ ἑστ. Et pro ὡς
τὸ δὲ, legi πῶς, quod & Aldus habet, & persæpe no-
ster ex πῶς fecit ὡς.

22. Futiliter uano.] τὸ ἄχρηστον ἐν λελασμένῳ.
uidetur esse uersiculi pars.

23. Danaus, quod Argis aquatica instru-
menta.] τὰ ὑδρεῖα. interpres inundationes. Sic au-
tem uocat Strabo puteos, quos instituit Danaus ex Ae-
gypto aduectus in Græciam, quæ nimirum ab aquarum
defectu uocabatur Argos dipson. Plinius 7. 56. &
Eustathius in Ὀδυσσ. uocabulum τὸ λυδισμὸν expo-
nens, filius eius ex Aegypto Argos profectus φρεσὺν
χάρη docuisse, hoc est puteorum effusionem, tradit ex
Hesiodo, cuius etiam uersum citat.

Ἀργὸν αὐτὸν ποῖν σερ εὐδὸν Ἀργῶν.
Apud eundem hic Strabonis locus citatur, scribiturque
ὑδρεῖα. quod ut rectè et analogie cōgruēs, reposuimus
cū haberemus ὑδρεῖα. Suidas. ὑδρεῖα τὸ ὑδρεῖν ἐστὶν.
ὑδρεῖα ἢ τὸ ἀγγεῖον. idq; infra secutus ubi de aquis
Phari disputat, et dipshongum pro i simplici restitui.
Eustathij locus est in principium Ὀδυσσ. κ. ex eodemq;
quod aliàs coniectura duce eram facturus, inferius pro
αὐτοῦ γὰρ scripsi αὐτὸν γὰρ.

24. Dispositione.] Διαθεσεως. Credo hoc uoca-
bulo intelligi debere exornationem quæ rebus gestis nar-
randis adhibetur. & quod sequitur τὸ διαθεσεως ἐν ἐξ-
γαστρί, ἢ τὸ τέλει, efficaciam esse finem dispositio-
nis, mutare quidem ausus non sum: credo autè pro ἐν ἐξ-
γαστρί esse scribendum ἐν ἐξ γαστρί, hoc est perspicuita-
tem & euidenciam, idq; ut credam, Strabonis exemplum
de pugnis me mouet. Nā a διαθεσεως est, quod uerbi gra-
tia describitur & quasi depingitur quomodo Sarpedon
Tlepolemm, Sarpedonem Patroclus, hunc Hector in
pugna interfecerit. multoq; magis mouet tam illustris &
euidens narratio, quam si simpliciter quis scribat Patro-
clus ab Hectore caesum, iudicent atq; dispiciant docti.

25. Crates, Partibus, &c.] Ἡ μὲν δὲ συστομὴ
asseuero legendum esse sicut reposui, non ut est in Aldi-
no, & altero, Ἡ μὲν δὲ συστομὴ ὑποπίπτει, ἢ δὲ ἀνι-
στάν. nam quò referretur femininus articulus? &
paulo post ubi Aristarchus reprehenditur, hæc lectio
sic exponitur, καὶ γὰρ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς δύ-
σεως. quod omnino cum poetico usu particularum

ἡ μὲν & ἡ δὲ congruere, notum est.

26. Nomades, ut Homerus.] Apud Home-
rum non memini me legere hoc uocabuli. Sed puto intel-
ligi, quod populos post Thraciā habitantes & βίους uo-
cat, quod & μαζοβίους & ὠμαξίους pleriq; intelligūt:
initio Iliad. v. quales & Horatius describit. 3. Od. 24.
Versus Aeschylinon sollicitè distinxī, in tanta uarietate.
in Phaethonte) ὡς τ. legi ἐν τῷ. Citat hanc tragœdi-
am etiam Athenæus.

27. Suberis umbra.] Legebatur σκιά, quasi ue-
rò umbra pondere cum subere comparatur. Suber est
res leuissima, qua ipsa cum aliquid adhuc lenius diceret,
umbra suberis, rei leuissima, leuius dixisse arbitror. Quo-
modo cum sumus res sit uilissima, tamen humanæ condi-
tionis ut extremam utilitatē exprimeret, quidam λεπτὸν
σκιά, nos esse dixit, sumi umbram. Plutarchus de dicto
Pindari, ἀνθρώπων & σκιάς ὄντος. Significanter (inquit)
ac scitè usus hyperbola, uitæ humanæ conditionem ex-
pressit. Ἡ ἀνθρώπου πρὸς ἄπολλοις. Compendia
autem scribendi faciliè potuerunt efficere apud librari-
um incurium, ut σκιάς in σκιά, mutaret. certè χεῖρος
μαζοβίαις Strabone. (quod compendium huius geogra-
phici usurpatur.) σκιάς habent. & λεγὼ scripsi pro
λεγὼς, ut sit, quod requiritur, patrij casus. Scytala
seu epistola Laconica quàm fuerit exigua, aliundè discēs.

28. Sicut ipse dicit.] φησὶν τὰ, ὅτι ἀπὸ. Aut li-
brarij error, aut lapsus memoria Strabo. Non enim
Menelaus de se, sed hoc de ipso narrat Nestor Telemæ-
cho. Ὀδυσσ. γ. 299.

29. Figura utitur sibi familiari.] Nempè qua
genere uel toto posito, species siue pars subijcitur nomi-
natim πρὸς ἑαυτὸν ea figura dicitur Eustath. Iliad. θ. ὡς
τὸν Ἰδῆον ποταμὸν καὶ τὸν Ὀφειόν. Nā cōmemoratis Troia-
nis, Hector nominatur, ipse quoq; Troianus & Troia-
norum dux filij Oenei, & eorum præcipuus Meleager.
Gargarus Ida pars. Eubœæ urbes Chalcis & Eretria.
Paphos Cypri urbs. ita in sacris etiam litteris. Mar. 16.
dicite discipulis eius et Petro, qua de re suo diximus loco

30. Atq; Arabis natam.] Καὶ λεγόμενον Ἀρα-
βίας, scriptum erat sed καὶ πρὸς Ἀραβίαν legendum non
tam uersus docet lex, quam Eustath. in Dionysium, citās
hoc frustulum distichi, λεγόμενον Ἀραβίαν. restituo etiā
pro ἐξ ἑαυτῶν, ἐξ ἑαυτῶν. Nam ἀνακρίτης est epitheton
Mercurij. Eustathius in hunc ipsum de Eretris locum
Homericum citat in hanc sententiam Hesiodum ἐν τῷ ἑαυ-
τῷ κατὰ λόγον. quod uitiosum esse in promptu est. Sui-
das refert, quinque libris hunc poetam Heroínas recensu-
isse, ut pro ἐαυτῷ appareat legendum Ἡρώων.

31. Alcmani latipedes.] Στεφάνος πρὸς ὁδὸν. Inter-
pres nescio cur uertit: qui digitos interiectos alios pe-
dum digitis habent. Fortassis eos dicit, qui ita lato pede
perhibentur in incerta esse, ut supini recumbentes eius um-
bra totum corpus tegant atq; ab æstu Solis tueantur. Ne-
que id suspicor tantum rei fabulose mentione ductus, &
uocis στεφάνος adiutus significatione: Sed analogiam
etiam

πρὸς ἑαυτὸν

α διαθεσεως.

Eustathij locus

etiam secutus eorum animalium, quæ Suidas ac Favorinus $\sigma\epsilon\gamma\alpha\sigma\tau\omicron\pi\omicron\delta\alpha$ aiunt appellari, quod latos & non in ungues diffissos habeant pedes, ut sunt olores, Pelicani, anseres, anates. Canicipites quidem inter similia monstraveruntur, & qui oculos habeant in pectore. Eadem referuntur à nostro infra lib. VII.

32. **Omnino de Iasonis.**] $\text{A}^{\epsilon}\chi\eta\nu\ \phi\upsilon\sigma\iota$. Erat scriptum $\alpha\epsilon\chi\eta\nu\upsilon$, quod secutus interpret nescio quid de regionis eius quæ principe commentus fuit. sed eum missum facio. $\alpha\epsilon\chi\eta\nu$ adverbialiter significat omnino, prorsus, statim ab initio, etiam in sacris litteris, non infrequenter apud Sophoclem. ut in Antigona.

$\alpha\epsilon\chi\eta\nu\ \delta\epsilon\ \theta\upsilon\gamma\alpha\nu\ \mu\eta\ \pi\epsilon\tau\epsilon\iota\tau\alpha\ \mu\eta\ \chi\alpha\nu\alpha$.

Iam primum non decet nefas sectarier. Sic Theognis $\text{A}^{\epsilon}\chi\eta\nu\ \mu\eta\ \mu\eta\ \phi\eta\nu\alpha\iota\ \alpha\delta\chi\theta\omicron\nu\iota\sigma\iota\upsilon\ \alpha\epsilon\iota\sigma\omicron\upsilon$, & Crantor apud Plutar. $\pi\eta\alpha\mu\theta\eta\tau\alpha\ \alpha\epsilon\chi\eta\nu\ \delta\epsilon\ \gamma\epsilon\nu\epsilon\delta\iota\ \alpha\nu\theta\omega\pi\omicron\tau\omicron\upsilon$, $\sigma\upsilon\mu\phi\omicron\rho\alpha\iota\ \mu\epsilon\gamma\iota\sigma\upsilon$.

Mox Euneum.] $\text{E}\nu\nu\epsilon\omega\mu$. Sic & supra. Home-rus $\epsilon\nu\nu\omicron\tau\omicron\upsilon$ vocat Iliad. II. fine, & loco supra citato. paulo post $\delta\epsilon\ \kappa\upsilon\nu\mu\epsilon\lambda\omega\mu\ \omega\pi\epsilon\iota\sigma\epsilon\upsilon\mu\epsilon\lambda\omega\mu$. lego $\omega\pi\epsilon\iota\sigma\epsilon\upsilon\mu\epsilon\lambda\omega\mu$.

33. **Aegleten Anaphentis.**] Quid sit $\alpha\epsilon\gamma\lambda\eta\tau\eta$, nescio. & sanè opus hæc erat meliore codice, pro $\lambda\epsilon\iota\pi\omega\upsilon$ Aldus habet $\lambda\epsilon\gamma\omega\mu$. de cæteris diuinavi. Harmonia fortassis loci nomē ad Adriam fuit, à Cadmi uxore ductum, in anguē mutata, quæ fabula ex Ouidio est nota, & sequitur. Pola est Istrie urbs. de qua infra libro V. pro $\lambda\alpha\alpha$ suspicatus sum legi debere $\lambda\alpha\alpha\alpha$.

$\tau\omicron\varsigma\ \pi\omicron\delta\epsilon\ \tau\omicron\upsilon\ \iota\alpha\sigma\omicron\nu\alpha$.] Sic etiam in Aldino codice perspicue extat, sed notas non intelligens librarius, $\tau\lambda\omega$ $\alpha\delta$ absurdū substituit, quod annotavi, quia in hac præpositione ferè singulis paginis is error fuit commissus.

34. **Occasione Aetæ.**] $\text{I}\pi\alpha\epsilon\alpha\ \tau\omicron\upsilon\ \text{A}\epsilon\tau\iota\omega$, locus inutilis, rursum $\epsilon\nu\nu\epsilon\omega\upsilon$ scripsi, nam id Atticè cum $\text{E}\nu\nu\omicron\tau\omicron\upsilon$ uidetur convenire, $\text{E}\nu\nu\alpha\iota\omicron\nu$ alienum est. In Minnemi versibus nullo negotio licuit deprehendere $\text{E}\beta\epsilon\iota\tau\eta$ legendum esse, quod librarius in $\text{E}\beta\epsilon\iota\tau\eta$ depravarat.

35. **Inter priscos recenferi.**] $\text{A}\epsilon\iota\omicron\nu\ \mu\eta\ \pi\omega\lambda\alpha\alpha\omega\nu$, $\mu\eta$ uidetur extinguendum, nisi per interrogationem legas. Sed & paulo post particulam $\eta\delta\eta$ à librario potius, quam ab autore geminatam puto. & $\delta\epsilon\ \epsilon\iota\ \mu\eta\ \gamma\alpha\rho$ legi pro $\delta\epsilon\ \epsilon\iota$.

$\chi\eta\epsilon\alpha\mu\iota\varsigma$. 36. **Et cheramidum.**] $\text{X}\eta\epsilon\alpha\mu\iota\delta\iota\omega\upsilon$. Hanc uocem uertere non sum ausus. uidetur ostreorum aut concharum genus significare, & in epitoma cum his atque cæncris numeratur. i. pro u. reposui analogia ductus, & sic est apud Hesychium. $\text{X}\eta\epsilon\alpha\mu\iota\delta\epsilon\varsigma\ \tau\alpha\ \kappa\omicron\iota\lambda\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \epsilon\chi\omicron\nu\tau\alpha\ \kappa\epsilon\nu\omega\mu\alpha\tau\alpha$, quæ causæ sunt & inania.

37. **Ingesto à fluuijs cæno.**] Qui hunc locum cum antecedentibus & tota disputatione conferet, facile uidebit pro $\tau\lambda\omega\ \upsilon\lambda\eta\nu$ me rectè reposuisse $\iota\lambda\eta\nu$. quod feminini generis esse cum alijs constat, tum Plutar. disertè $\alpha\nu\tau\alpha\gamma\alpha\sigma\tau\omicron\mu\epsilon\lambda\omega\upsilon\ \iota\lambda\eta\nu$ dixit præceptis tuenda ualitudinis. fretorum inundatio autem mihi est,

quod Straboni $\epsilon\nu\nu\alpha\tau\iota\zeta\epsilon\delta\alpha\epsilon$, & de eo uidetur loqui, quod freta cum aliquādo siccum essent, elisa maris aqua inundantur atq; maris æstum perferunt.

38. **Non uidetur in mare prodire.**] $\tau\epsilon\ \mu\eta\ \phi\alpha\upsilon\epsilon\iota\upsilon$. quod rectum esse nunquam facile mihi persuadetur. Causam reddit, cur terra quam fluij egerunt, non in mare protrudatur, sed prope ostia fluuiorum subfidat. $\kappa\iota\nu\delta\mu\epsilon\lambda\omega\upsilon$ quā sit legendum, non $\kappa\iota\nu\delta\mu\epsilon\lambda\omega\upsilon$, nemo sanus dubitabit. $\text{N}\nu\epsilon\mu\iota\alpha\upsilon$ mox uerti malaciam, quæ uocabulo uentorum cessationem etiam Cæsar extulit, lib. 3. de bello Gallico, & interpretes haud dubiè usus fuit hac uoce, quam librarius cum nō nosset, ridiculè in Malitians mutauit paulo inferius.

Sic & uicinorum.] Asterisco notavi locū haud dubiè mutilum.

39. **Mathematicum se profiteatur.**] $\text{N}\sigma\tau\epsilon\ \kappa\epsilon\delta\ \mu\eta\ \mu\alpha\theta\eta\mu\alpha\tau\iota\kappa\omicron\varsigma\ \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon$. $\mu\eta$ omitto aut etiam in præuerto. Nam certè fuit mathematicus, & ne cætera dicā, uel Suidas testatur eum astronomica scripsisse. Et hoc in pso nomine reprehenditur, quod homo mathematicus à doctrina mathematica dissenferit: quod earum rerū rudinon perinde uitio daretur.

40. **Ergo non modò.**] Locus inutilis, uidetur de fretis loqui.

41. **Cum alioquin.**] $\tau\eta\nu\ \epsilon\kappa\ \pi\lambda\eta\tau\iota\upsilon\ \nu\eta\upsilon$. $\text{E}\delta\ \delta\epsilon$. quam ego substitui lectionem & distinctionem, ueram esse & genuinam ausim stipulari, neq; ullius ferè litterulæ constat mutatione hæc lectio, quæ est in Aldino, interpreti nebulas offudit, lociq; uitiosè efferendi causam præbuit.

42. **Olim in Lydia.**] $\text{I}\alpha\lambda\alpha\epsilon\ \pi\omicron\delta\epsilon\ \lambda\omicron\sigma\delta\iota\alpha\upsilon$. scriptum inueni $\omega\alpha\lambda\epsilon\upsilon$, pro quo substitui $\omega\alpha\lambda\alpha\epsilon$, quod & sequens de regno Tantali confirmat mentio.

Sipylus euerfa.] De urbe enim accepi. Si de monte intelligis, lege euersus.

43. **Munitam Nericon urbem.**] $\text{N}\eta\epsilon\iota\tau\omicron\upsilon$ habuit noster codex. Sed reposui $\text{N}\eta\epsilon\iota\kappa\omicron\upsilon$. Sic enim & Aldus legit, & Eustath. in Homero. Idem apud Dionysium annotauit Luperam quendam antiquum Neritum scribere, quo nomine etiam in Ithaca sit mons. Sed haud dubiè lectionem per κ præfert. Fortassis hinc etiam $\text{L}\omicron\alpha\ \text{cri}\ \text{Naricij}$ prodierunt. Insula ante Syracusas ea hinc inuitur, quam supra uocauit Ortygiā. Quod ne uidear temere suspicari, ipsum te remitto ad primam Odam Nemeorum Pindari, & quæ ibi à scholiasta sunt annotata, citatis etiam ex Ibyco, quanquam inutilis uersibus.

44. **Vt Myrsilus.**] $\text{M}\upsilon\upsilon\sigma\iota\lambda\omicron$ reposui pro $\mu\upsilon\gamma\epsilon\sigma\iota\lambda\alpha\omicron$. Nam autoris huius Lesbica à multis citantur scriptoribus. Et pro $\text{I}\omicron\iota\varsigma$ restitui $\text{I}\omicron\alpha\varsigma$. Nam & ratio uocabuli Antissa ostendebat ita legendum esse, & Eustath. disertè docet Lesbum ab urbe Issa fuisse Issam aliam quando dictam, citato ad hoc Lycophrone teste. In Dionysium, & in Iliad. 17. ad uersum 129. non multo post.

In Omphale.] Nomen est tragœdia ab Ione Chio scriptæ, quam citat Athenæus libro sexto & alibi. uox

autem Σατυρικός quid sibi uelit, non assequor, nisi forte Omphale Satyrice titulus fuit tragediæ. interim omisi in uersione. secundus uersus antè sic legebatur.

Βοιωτὶς ἄλκιος ἐχέρι τε καὶ ἐκτέλει. ego leges carminis in emendando sum secutus. de Lichadibus Strabo lib. 9. Cænæum est Eubœæ promontorium. Αἰδ' ἡ δὲ αὖτε reposui pro ἐδ' ἡ δὲ Stephanum secutus, ut suo loco dicitur. Et mox pro κῦμα τε restitui quod co-gebat constructio κῦμα τε. Neq. ueritus sum pro κῆρ φη scribere Σκαρφη. nullam enim urbem inuenio Carphen, sed Scarphe itidem ut Thronium urbs est Locrorum ab Homero adeo utraq. refertur. sed uersus hic.

α Τῶ φη τε, ὁ γονιόν τε βοά γ' ἰδ' ἀμφὶ φέβρα, facit, ut quia Τῶ φη unicum Thronio referatur, fortassis hic quoq. τῶ φη aliquis legendum possit putare. Ego tamen Σκαρφη malim, tum quia nobilior est, tum quia πρὸς σκαρφη facilius in πρὸς λῆρφη potuit mutari, altero scilicet ob alterius concursum omisso. accedit quod Eustathius Scarphen Thermopylis uicinam facit mox.

Ocæum autem castellum.] Οἶον ἢ τὸ φερεῖον. Secutus sum interpretem, qui legisse Οἶον uidetur, & proprium nomen agnouisse, & ut ipse quoque suspicer, particule δὲ & faciunt modò rectè legatur οἶον, nam scio solum, unicum, significari hac uoce, sed Straboni οἶον autem huc non quadrat: quod tamen re dubia nolui expungere. Algonum porro quid sit urbis, dicat, qui cognouit. ἐλπίδιον, rectè puto me posuisse pro ἰλλί-μνιον, quod nihil significat. Mimenios enim quos interpres habet Vtopiensis puto esse.

45. Interperrhæbos.] Περραβῶν reposui pro περραβῶν. Homerus (nam profodiam mirificè orthographiæ constituendæ commodare, notissimum est eruditus.) Iliad. B. 749.

τῶ δ' ἐνὶ νῆες ἐπὶ οὐρανὸν ὀλεμοί τε περραβῶν. Eustath. ibi docet antiquos duplicato p scripsisse, causamq. citat ex ἐθνικῶν conditore (quoniā Stephanū de

urbibus usurpamus, non autem habemus integrum, ut aliàs docui. Hoc quidem loco etiam ordo litterarum in epitoma Hermolai fauet Eustathio.) quod Aeoles cum essent, consonantes consueuissent duplicare. Sed & apud Ouid. lib. XII. Metamorph. inuenies.

Cænæa perrhæbum, qui factis inclutus Othryn incoluit. — Vbi nunc paulo post ἐπ' αὖτις legis, scriptum erat ἐπ' αὖτις, quod quale sit, nemo non uidet. 46. Aegyptias insulas.] Τῶν δ' Αἰγυπτίων νήσων. Locus mihi uehementer suspectus mendii, nam ne si νήσων quidē legamus, scire possum quid intelligatur.

Αὐτὴ τε καὶ ἡ Βρετανικὴ.] Καὶ omnino abundante censeo. deinde Ostia memorantur, ὡς ἰατρὸς. ij sunt ad Oceanum occidentum, ut apud Stephanum de urbibus citatur ex hoc ipso Pythea.

47. Ab extremis Indiæ.] Etiam hic locus in Græco malè est affectus. Ἰνδὸς καὶ αὐτῶν. hic ἡγεῖται fuerat interpolatum, quod sustuli. Sed pro τῶ Αἰθιοπῶν omnino legendum ἔστω Αἰθ. nisi plura etiam desint uerba, ut sit, perspicue locum conuerti.

48. Hæc enim ratio.] Locus mutilus est et misere biliter confusus, Deliumq. requirens natatorem. Thimæ sunt, quæ & Sinæ ac Sinarum regio dicitur. Inuenies in undecima Asiæ tabula apud Ptolemaem. Sed & paulo superius τὸ πλεόν ἡμεῖς μίμνῃς. pro πλεόν legendum sensus docet & πλεόν, & pro διασπῆμα μίμνῃς λέγῃ, scribere μίμνῃς, λέγῃ.

Paulo post rupturam.] Εἰρηγυῖα. Locum quo erupit mare in Oceanum apud Gades puto.

49. Disceptatum.] Διαιτῶν. hoc reposui pro διατῶντες, & mox pro αὐτοῖς μὲν μὴ τῶν οἰκ. οὐ μὴ ut absurdè insertum infra.

Cæterum hoc omisso.] Κατὰ τὰς δὲ ἡς. hoc κατὰ τὰς mendosum est. & sententia confusa periodi subsequenti.